



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consilia Seu Responsa Juris

Schmalzgrueber, Franz

Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL

Cons. LXIII. Venditionis Nominum, ex qua sumitur occasio copiosè
tractandi de vero sensu Legis Anastasianæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72287](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72287)

prac. gemeldet worden, man in solchem Casu siehet, allwo billich zu præsumiren, daß Herr Testator selbst, considerata præfenti Hypothesi, à rigore Dispositionis à se factæ, & Conditionis adjectæ wurde abgewichen seyn / sofern solcher Casus, ipso vivente, sich hätte ereignet.

23. Ad 6. Zeiget sich ex deductis, daß in præfenti kein defectus ex parte Causæ justæ, & legitimæ ad dispensandum in Studio aliàs prærequisito à Fundatore, massen hierinn sich findet ein solcher Umstand, in welchem billichster Massen zu præsumiren, daß Herr Fundator selbst sein Stipendium dem jungen Herrlein von G. hätte wollen angezeyen lassen, als welcher ex Familia prædilectæ, und sein des Testatoris Verwandten her sprossend, auch mit so geringen Mitteln versehen, daß unmöglich ihne suo tempore in dem Studiren ohne anderwärtige Hülf Standmäßig zu unterhalten, welches eben, wie iteratò gemeldet worden, præcipua Causa motiva ware, so Herr Stifter in Fundirung seiner Stipendiorum hat anbetrachtet.

24.
Summa
Dictorum.

Ist also mein, doch unvorgreifliche Meynung, daß 1. In Casu præfenti wohl dispensiret, und Stipendium Questionis besagt jungen Herrlein conferiret möge werden; doch 2. Nicht ebender, als selbes die Humaniora zu studiren anfanget, weilten Herr Fundator seine Stipendia allein denen Studiosis wolte angezeyen lassen, auch usque ad actuale Studium, weilten bis dahin leicht anderwärtige Mittel die Unterhaltung zu schaffen aufgefunden können werden,

Causa principalis dispensandi nicht eingreifet. Darum 3. Stipendium Questionis, wann selbes de præfenti vaciret, oder ins Künftig vacirend wird, wohl jemand anderen conferiret kan werden: allwo doch 4. Collatario, zu größerer Sicherheit für offtgemeldtes junge Herrlein, die Obligation mag aufgelegt werden, das ihm conferirte Stipendium anzulassen, wann besagtes Herrlein dessen fähig wird werden, so 5. Meines Erachtens geschehen wird, wann selbes das Gymnasium antretten, und Humaniora actu studiren wird, dann alsdann nöthig seyn wird ihne in der Kost zu unterhalten, zu welchem Ende, weilten die Mittel nicht zulänglich, alsdann eingreifet Ratio principalis, warum die Stiftung ist angesehen worden, nemlich daß der Abgang der Mittlen durch selbe ersetzt werde. Weiters 6. Weilten die Intentio Fundatoris dahin gehet, daß jederzeit ein Stipendium einem Theologo, und das andere einem Juristen conferiret werde, und aber wegen noch nicht genugsam reifen Verstand in denen Humanioribus kein Schluß zu einem gewissen Stand gemachet kan werden, wird Obligatio suscipiendi, vel determinandi se ad Statum Ecclesiasticum bis dahin suspendiret bleiben, bis eine gründliche Deliberatio geschehen kan. Nach welcher 7. Pro qualitate Resolutionis vel Theologicum; vel Juridicum Stipendium continuiret, und zu Erfüllung der Stiftung Alternatio inter Theologum, & Juristam geschehen soll.



CONSILIUM LXIII.

In Causa Venditionis Nominum.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Facti Species. | 18. seqq. Enumerantur Circumstantia, in quibus cessat Lex Anastasiana. |
| 2. seqq. Rationes dubitandi ex Lege Anastasiana. | 35. seqq. Referuntur varia Sententia, cui debeat Residuum, quo Actio cessa datum Pretium excedit. |
| 6. Cessio Nominum non simpliciter est illicita: | 45. seqq. Quod Dubium solvitur ope Distinctionis. |
| 7. Ut Lex Anastasiana locum habeat, requiritur, ut debitum sit illiquidum: | 48. seqq. Qualis Probatio requiratur de vero pretio pro Actione expenso? |
| 8. Ut Cessio fiat pro minori pretio: | 53. Cessiones Nominum prohibita non possunt Juramento firmari. |
| 9. Fraudulenter: | 54. seqq. Deciditur Controversia in favorem Emptorum. |
| 10. In præjudicium Creditorum: | |
| 11. Denique ut Cessio sit consummata. | |
| 12. seqq. Varia Ampliationes Legis Anastasiana. | |

FACTI

FACTI SPECIES.

1.



Principis cuiusdam Erarium adeo debitis gravatum est, ut Censui annui ex Capitalibus Summis, quas Creditores complures in Principis Camera habent, solvi non possint. Unde Creditores ob solutionem eorundem Censuum, per plures annos omniam plurimum patiuntur, aliqui etiam ad ultimam rediguntur necessitatem. Inter hos est Titius, qui, ut vitam toleret; Capitale suum in Summa 2000. fl. coactus est vendere, & quia ob incertitudinem Censuum, & periculum, ne ipsum Capitale apud Principem obaratum intereat, neminem invenit, qui tantam Summam prestare vellet, quanta est ipsa Summa Capitalis, pro hoc suo Capitali à Sempronio accipit 1000. fl. pro quibus ipsemet Titius eidem Sempronio Capitale istud emendum ultro obtulit. Id ipsum faciunt Officiales, & opifices, qui eadem ex necessitate venderunt Syngraphas, pro salariis, & mercedibus decursis, & non solutis à Principe acceptas, & pro his acceperunt dimidiam summam debitam. Rationes debitorum, quibus Erarium suum premitur, nunc iniuriam jubet Princeps: determinatur tempus Creditoribus, quo isti Credita indicare Commissioni Principali, super hoc negotio constituta, debeant. Inter hos venit etiam Sempronius, & prætendit integram Summam Capitaalem à se emptam: quod faciunt etiam reliqui Emptores Nominum. Unde oritur

CONTROVERSIA

Anhi Emptores prætendere possint solutionem integra Summa, Venditoribus alias debita?

2. Rationes adducendi.

Videtur respondendum negativè; nam 1. Obstare videtur Constitutio Anastasiana Imp. quæ propterea Anastasiana dicitur, & refertur l. per diversas. 22. C. mandat. confirmataque est à Justiniano Imp. l. ab Anastasio. 23. C. eod.

Cùm enim memorati Imp. viderent, avaritiam hominum eò usque exerevisse, ut nullis corradendi pecunias, & alios decipiendi, ac defraudandi modis parcerent, atque ad hoc palliandum varias technas, versutias, & calliditates quærerent; inprimis verò animadverterent, quòd aliqui fraudulenter Creditoribus persuadere soierent, ut isti Actiones, Jura, & Nomina sua pro modico, adeoque injusto pretio sibi cederent, eo effectu, ut totum ipsi Emptores debitum à debitoribus eorum possent acquirere, ad occurrendum hujusmodi machinationibus, & inhibitionibus autoritate Cæsarea per l. cit. saluberrimè constituerunt, ut Cessio Actio-

nis, & Nominis, si non per meram donationem facta sit, exceptis casibus, quos per allegatas l. exceptos voluerunt, in posterum non aliter valeat, quàm intercedente justo pretio, & revera numerato; secus autem si fieret, & Actiones, vel nomina minori pretio venderentur, voluerunt, ut is, cui vendita fuit actio, non plus possit exigere, quàm quantum pretii nomine Creditori se exsolvisse probaverit.

Ant. Fab. Cod. l. 4. tit. 26. def. §. n. 1. & 2. Trentacinq. l. 2. de Action. Resol. 2. n. 5. Hunn. Encyclop. Jur. p. 2. tit. §. c. 7. n. 9. Joan. à Sande de Action. Cession. c. 11. num. 12. Frantzk. l. 1. Resol. §. n. 19. & seqq. Manz. Interpret. Leg. Anastas. q. 7. Lenz. de Cession. Action. c. 25. membr. 4. Carpz. l. 5. Respons. 33. n. 1. Lauterbach ad tit. de Hæred. vel Action. vendit. §. 2. num. 35. Struv. Exercit. 23. thes. 80. Müller. ibid. Lit. 6.

Adeoque

2. Sic redimentes Actiones, & Nomina jacturam pati debent Residui per l. cit. quippe quæ non solum ad compescendam pravitatem Usurariam, cujus speciem redemptio talis, pro minore pretio facta, habet, sed & potissimum in odium redimentium constituta sunt; voluerunt enim Imp. gloriosissimi refranare, ut dixi, avaritiam hominum improborum, qui per aliorum actiones, & Jura, modico aliquo dato, marsupia sua illicito fenore solebant inflare, ipsosque Debitores nullis non molestiis, post sic redempta Jura, & Nomina, vexare, ut præter cit. notant

Socin. Jun. l. 3. cons. 48. n. 6. Alciat. Resp. 124. n. 9. Menoch. l. 3. præf. 129. n. 2. post princ. Berlich. p. 1. decis. 32. num. 2.

Porro

3. Lex hæc Anastasiana, ut valida, adhuc hodie in utu est,

prout post Ant. Fabr. & Menoch. l. cit. monent Besold. Vol. 3. cons. 102. n. 1. & seqq. Manz. ad Leg. Anastas. in fin. Carpzov. p. 2. Const. 30. def. 35. Lenz. de Cession. Nom. c. 23. & seqq. Brunnem. de Cession. Action. c. 1. num. 72. & seqq. Stryckius de Cautel. Contract. sect. 4. c. 2. §. 9. Lauterb. §. 2. cit. n. 38. Mevius discuss. levam. inop. debit. c. 1. n. 19. & seqq. & p. 6. decis. 228. & 229. item p. 9. decis. 53.

Id quod confirmat Constitutio Imp. Ferdinandi III. sub dato 2. Jun. 1649. circa medium, ibi: Dabero wir um sovill mehr bes wogen/ berührte Anastasianam, und nachfolgende Justinianeam Constitutionem in l. fin. C. mandat. hierdurch zuerstischen ic. quam integram refert Brunnem. tract. cit. in fin. Hinc

4. In locis, ubi non probatur hæc Lex Anastasiana contrariâ Lege, vel Consuetudi-

O o o o 3

ne

3.

4.

5.

ne abrogata esse, illa tam in consulendo, quam in iudicando constanter observari debet.

Arg. l. sancimus. 27. C. de Testam. & l. precipimus. 32. §. fin. C. de Appellat.

Maximè, cum dicta Constitutio sit justissima, & tam humanitatis, quam benevolentia plena, ut ait Imp. l. ab Anastaso. cit. princ. atque in ipsa pietate, & Justitia suam habeat fundamentum.

Mevius discuss. levam. inop. debit. c. 7. cit. n. 20. Carpzov. l. 5. Resp. 33. n. 16. Müller. ad Struv. Exercit. 23. thes. 82. Lit. a.

Neque ex eo solo abrogata dici potest, quòd in uno, vel altero loco diu à Debitoribus, fortasse ex ignorantia, non fuerit allegata, & Cessionariis opposita.

Tabor. Praesid. Debitor. p. 4. art. ult. thes. 11. Lauterb. ad tit. de Hared. vel act. vend. thes. 38. Schöpffer de Cessat. Leg. Anastas. c. 1. n. 21.

Ut proinde Judices etiam in nostris regionibus secundum hanc Legem iudicare debeant, vel ostendere oporteat, quòd ei per Consuetudinem sit derogatum. Antequam ad has Dubitandi Rationes, & ipsam propositam Quæstionem respondeam, præliminari-ter examinandæ sunt quædam aliæ Quæstiones.

QUÆRITUR I.

Quid requiratur, ut Lex Anastasiana locum obtineat?

6. **A**ctus cedendi Actiones suas, & Nomina per Legem hanc non declaratur esse simpliciter illicitus, sed ex certis causis duntaxat improbus, & damnatus.

Mevius p. 3. decis. 239.

Unde hodie dum adhuc libera cuivis facultas est Nomina sua per Cessionem in alium transferendi.

Lenz. de Cession. c. 25. n. 1. Cyriac. Controv. forens. 676. n. 1.

Vel enim Cessio hæc fit pro justo, & æquivalente pretio, vel pro minore. Si primum, idem dicendum, quod de Cessione, aut venditione aliarum rerum, quæ licite, & valide pro pretio æquivalente vendi possunt. Si secundum, effectus illius duntaxat restringitur ad hoc, ut Cessionarius plus à Debitore exigere nequeat, quam quanta est Summa pecuniæ, quam revera pro Actione, vel Nomine cesso cedenti exsolvit.

Müller. ad Struv. Exerc. 23. thes. 80. Lit. a.

Et quidem tum solum, quando concurrunt Requisita illa, quibus opus est, ut locum Lex allegata obtineat. Porto

7. **U**t Lex Anastasiana locum habeat, requiritur 1. Ut cessio sit Nominis dubii, & illiquidum; nam ad debita liquida Lex ista non pertinet, quippe quæ ad Cessionem Nomi-

num illiquidorum tantum ab Imp. restringitur, ut colligitur ex verbis

L. per diversas. 22. C. Mandat.

ibi: *Cum certum sit, pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, jura sua vindicare, quam ad alios ea transferre vellet: proinde cessat in tali cessione Nominis liquidi ratio Legis primaria, quæ est debitorum vexatio.* Et hanc Sententiam tventur

Gabr. comm. concl. l. 2. tit. de Action.

concl. 5. n. 51. & 53. Ant. Fab. l. 12.

Conject. c. 12. & in Cod. l. 4. tit. 26.

def. 9. n. 3. Mantie. de tacit. & ambig.

convent. l. 4. tit. 13. n. 5. Rodriq. de

Reditib. l. 1. q. 9. n. 26. Martaff. tom.

3. V. Cessio. c. 15. Gratian. tom. 2.

c. 28. n. 9. Lenz. de Cession. l. 25. cit.

Berlich. p. 1. decis. 33. n. 20. Joan. à

Sande de Action. Cess. c. 11. num. 25.

Stryck. de Cautel. Contract. sect. 4. c. 2.

§. 19. Müller. ad Struv. Exerc. 23.

thes. 82. Lit. d.

ubi dicit, hanc Sententiam Juri, & rationi magis conformem esse, & cum Stryck. l. cit. commendat cautelam, ut quis curet Debitorem in Judicium citari, atque ex eo quærat, an debitum hoc pro liquido habeat, quòd si affirmet, Cessionarius securus erit.

2. Requiritur, ut Cessio Nominis dubii, & illiquidum facta sit pro minori pretio. In justo autem pretio Nominis, vel Actionis definiendo non respiciendum est tantum ad quantitatem, quæ debetur, sed præterea ad debiti securitatem, & certitudinem, probationis facilitatem, debitoris qualitatem, & alias loci, & temporis circumstantias, propter quas haud raro accidit, ut Actionis ad 100, competentis justum pretium sint 80. 70. 60. 50. aut minor quoque Summa, & minor hæc summa soluta præstet Actioni, vel Nomini vendito.

Molin. de J. & J. D. 361. num. 3. fin.

Lug. de J. & J. D. 26. sect. 7. num. 93.

fin. Berlich. p. 1. decis. 33. num. 17.

& 36. Joan. à Sande de Action. cessi.

c. 11. num. 9. Manz. ad Leg. Anastas.

q. 2. n. 12. cum seqq. & q. 3. n. 3. & in

Conf. Ingol. annex. n. 17. & seqq. Brun-

neman. ad l. per diversas. 22. C. mandat.

num. 2. Frantz. l. 1. resol. 52. & seqq.

n. 71. Burger. cent. 1. obs. 28. num. 4.

& seqq. Struv. Exerc. 23. thes. 81.

Præcipue verò habenda est ratio laboris, & expensarum, quæ in exactione Nominis sunt impendendæ; quia non potest intelligi, utrum quis lucrum ceperit, necne, nisi expensæ fuerint deductæ.

Brunnem. de Cession. Action. c. 1. n. 67.

ubi monet, quòd quoties de hac materia in Judicis agit, Officium Judicis in eo consistat, ut Redemptori injungat expensarum liquidationem, ut constet, an justum, & proportionatum sit pretium.

3. Requiritur, ut Cessio talis facta sit fraudulenter; nam Lex Anastasiana, & Ju-

stiniana

stiniana eò tendunt, ut Redemptoribus Litium, Nominum, aut Actionum occurratur, nullaque Cessio, ad vexandos Debitores facta, valeat, nisi ad quantitatem soluti pretii. Struv. Exerc. 23. cit. thes. 82. Müller. *ibid.* Lit. 4.

& patet ex *l. per diversas. cit.* ibi: *Comperimus quosdam, alienis rebus, fortunisque inhiantes, cessiones aliis competentium Actionum in semet exponi properare, hocque modo diversis personas litigatorum vexationibus afficere &c.* Hinc Cessiones, quæ non animo vexandi Debitorem, sed ex alia iusta, vel probabili causâ sunt, sunt validæ, etiam quoad summam excedentem; Argumentum enim, à contrario sensu deductum, in Jure dicitur firmum.

L. quacunq. i. princ. ff. de Offic. ejus cui mandat. est Jurisdit.

Accedit, quia, cessante ratione Legis, cessat etiam ejus dispositio, & prohibitio.

Strauchbar *ad Jus Justinian. dissert. 1. thes. 15.*

Adeoq. cessante calliditate, & animo vexandi, prohibitio quoque Legis Anastasianæ cessat.

Gabr. *comm. concl. tit. de Action. concl. 5. num. 15.* Menoch. *l. 3. pras. 129. n. 27.* Philippi *ad Decis. Elect. Saxon. 28. obs. 3. n. 4.* Carpz. *p. 1. decis. 76. n. 9.* Mevius *disquis. levam. inop. debit. c. 7. n. 26.* Müller. *Lit. d. cit.*

4. Requiritur, ut subsit præjudicium Debitorum; his enim competit Exceptio Legis Anastasianæ, non tertio, vel Creditoribus. Mevius *p. 6. decis. 229.*

Debet tamen Exceptio hæc opponi à Debitore, & regulariter quidem ante litem contestatam.

Guid. Pap. *decis. 569. n. 4.*

Adeo, ut tum omnia, post litem contestatam non amplius opponi queat.

Faber *in Cod. l. 4. tit. 26. desin. 10.*

Dixi Regulariter, quandoque enim etiam post contestationem litis Exceptio ex hac Lege opponi potest, quatenus scilicet merita Causæ concernit, ut quidem Cessionem Debitor planè non improbet, pro parte tamen improbam, & inefficacem eam dicat: quoties enim Exceptiones Dilatorie ad merita Causæ pertinent, post litem contestatam opponi possunt.

Wesembec. *ad tit. de Except. Mevius p. 4. decis. 324.* Müller. *Lit. a. cit.*

5. Requiritur, ut Cessio sit consummata. Mevius *p. 3. decis. 52.* Müller. *ad Struv. Lit. a. cit.*

Hæc igitur si concurrant in Cessione Nominis, vel Actionis, contra istam locus erit dispositioni Legis Anastasianæ in quibusvis Contractibus, quibus hoc modo Nomen, vel Actionem pretio, vel aliqua re, locum pretii obtinente, alter sibi comparat. Proceditque hoc non tantum, quando potentiores Actiones, & Nomina Rei laceffendi, vexandi, & ulciscendi causâ suscipiunt,

quod maximè odiosum, & invidiosum habetur.

L. per diversas. cit. Cujac. *l. 8. obs. 31. post princ.* Jason *in l. 1. C. ne lic. porentior. n. 1. & seqq.*

sed & si alio prætextu, & non nisi prohibiti fœnoris, ac lucri causâ debitum alterius quaratur; cum enim fraudulentæ hujusmodi Cessiones, ad palliandas varias technas, verfutias, & calliditates, variis fiant modis, semper utique, ac indifferenter vigorem suum Sanctio hæc obtinebit.

Carpz. *l. 5. Resp. 33. n. 4.*

Ampliat, & locum habet hæc Constitutio 1. Etiam si in Instrumento Cessionis titulus Venditionis insertus fuerit,

ut expressè *l. per diversas. cit. circ. med. v. licet Instrumento.* Berlich. *p. 1. decis. 32. n. 4.* Carpzov. *Resp. 33. cit. num. 5.*

Nam, ut Cessio valeat, quæ sit dato pretio, necesse est intervenire veram numerationem justî pretii, vel saltem, ut fides data sit de eo numerando: quod posterius sufficit.

Menoch. *l. 3. pras. 129. n. 24.*

Nam datum videtur, quod promissum est; quantum scilicet ad substantiam, non verò exercitium attinet.

Bald. *ad l. per diversas. cit. n. 17.* Sa. licet. *ibid. n. 7.* Gabr. *l. 2. comm. concl. tit. de Action. concl. 5. n. 28.* Brunnem. *ad l. per divers. cit. n. 2.*

Debet autem Numeratio, aut fides de hac data probari per veras probationes, & non sufficit sola cedentis Confessio; quoties enim actus aliquis prohibitus, aut suspectus est sive ratione personarum, sive ex qualitate negotii, quod tractatur, Confessio sola contrahentis non potest sufficere ad probationem, ne alioquin fraus fiat Legi, licet aliàs cuivis propria Confessio noceat.

L. fin. C. de probat. l. generaliter. 13. C. de non num. pecun. Cravett. cons. 175. num. 4. Ant. Fab. *in Cod. l. 4. tit. 26. desin. 20. n. 2. & 3.* Carpz. *Resp. 33. cit. n. 2. & alii apud istum.*

Procedit 2. Eadem Sanctio, & locum habet, etiam si dictum sit in Instrumento, quod Actio, vel Nomen pro parte sit venditum, & pro parte donatum; nam ita expressè Justinianus in *l. ab Anastasio. 23. C. mandat.* ibi: *Sancimus, nulli licere partem quidem debiti cedere pecuniis acceptis, & venditione actionum habitâ; partem autem donationis titulo videri transferre.*

Gabr. *concl. 5. cit. num. 5.* Menoch. *pras. 129. cit. n. 27. & seqq.* Gozadin. *cons. 3. n. 24.* Berlich. *decis. 32. cit. n. 4.* Carpz. *Resp. 33. cit. n. 5.* Brunnem. *ad l. per diversas. cit. n. 3.*

Neque interest, an Venditio hæc unius partîs, & donatio partîs alterius sit facta unî, eidemque, an verò pro una parte venditum sit Nomen unî, pro altera donatum alterî quidam tertie personæ interpositæ. Patet ex

L. ab

12.

13.

10.

11.

9.

L. ab Anastasio. cit. S. si quis autem. 1. ibi: Si quis autem occultè aliud quidem agere conatur, & pecunias pro parte accipit, & vendit particulatim Actiones, partem autem donare simulat vel ipsi, qui emptionem actionis subit, vel forsitan alteri per suppositam personam - - huiusmodi machinationem penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipse vero Contractu re ipsa persolvit: sed omne, quod superfluum est, & per figuratam donationem translaturum, inutile esse ex utraque parte censemus, & neque ei, qui cessit actiones, neque ei, qui eas suscipere curavit, aliquid lucri vel fieri, vel remanere, vel aliquam contra debitorem, vel res ad eum pertinentes esse utrique eorum Actionem. Nam talis Cessio bipartita de fraude suspecta est.

14.

Berlich. l. cit. n. 5. Carpz. n. 6.
Procedit 3. In Casu, quo quis titulo Permutationis pro Nomine aliam Speciem dat, cujus tamen pretium non est Nomini æquivalens, *Arg. l. per diversas. cit. ibi: Usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem &c.*

Berlich. l. cit. n. 7. Joan. à Sande de Action. cession. c. 1. n. 28. Brunnem. ad l. per diversas. cit. n. 3.

Estque perinde, sive simpliciter dicatur facta esse permutatio, sive nomen pro parte venditum, & pro parte permutatum; nam & tunc, si habità rei æstimatione unà cum parte illà pretii appareat de ejus tenuitate, Cessio simulata præsumitur, & quoad pretii excessum non valet.

Bartol. in l. per diversas. cit. n. 10. Bald. in l. fin. col. 2. n. 5. & 6. C. eod. tit. Menoch. præf. 129. cit. n. 5. Berlich. l. cit. Frantzk. l. 1. resol. 8. n. 34.

15.

Procedit 4. Etiam si verum pretium sit numeratum, si postea Cedens Actionem, vel Nomen suum restituat Cessionario.

Bartol. in l. per diversas. cit. n. 17. Bald. eod. q. 20. n. 44. & in l. si paterna. 2. n. 1. & item quando. C. de Repud. hered. Riminald. Sen. conf. 407. n. 8. & seqq. lib. 3. Socin. Jun. conf. 97. n. 70. libr. 2. Menoch. præf. 129. cit. n. 25. Berlich. l. cit. n. 14. Brunnem. ad l. per diversas. cit. n. 3.

Neque refert, an Cedens recipiat totum pretium, quod Cessionario solvit, de quo Casu videntur loqui

Menoch. l. cit. n. 27. Berlich. l. cit. n. 6. Frantzk. l. 1. resol. 8. n. 34. fin. Brunnem. de Cession. Action. c. 1. n. 22. Lenz. simil. tract. c. 45. n. 12. Carpzov. Resp. 33. cit. n. 6. Müller. ad Struv. Exerc. 23. thes. 82. lit. 8.

sed etiam, quando pars duntaxat Pretii restituta, donatàque fuerit; de quo Casu specificè loquuntur

loc. cit. Menoch. num. 28. Berlich. n. 14. Brunnem. de Cession. Action. n. 24.

Cùmque difficile sit probatu, an non aliquid

receptum sit, consultum erit Juramentum eapropter deferre Cessionario.

Stryck. de Cautel. Contract. sect. 4. c. 2. §. 10. fin.

Quo Casu tamen Juramentum Calumniæ prius erit præstandum, si nulla alia Præsumptio militet contra Cessionarium.

Schöpffer. de Cessat. Leg. Anastas. c. 4. n. 5. & seqq. Müller. lit. 8. cit.

Idem est; consequenter Lex Anastasiana Procedit 5. Si Cedens finxit, Cessionarium esse suum Creditorem, atque adeò Nomen, & Actionem suam eidem dedisse in solutum.

Bartol. ad l. per diversas. cit. n. 19. Lud. Roman. conf. 450. n. 1. & prima. quia si. & seq. per tot. Berlich. n. 15.

Et verum etiam est in Casu, quo Debitor in Instrumento Obligationis cuius bonæ fidei Possessori, & Detentatori, eintem jeglichen getreuen Briefs: Zinhabern se soluturum promissit.

Trevif. Decif. Venet. 42. n. 17. Guid. Pap. decif. 567. n. 4. Berlich. n. 16.

Nam bonæ fidei Possessor dici non potest, qui præsumptionem fraudis, & simulationis contra se habet.

Bald. in l. per diversas. cit. n. 2. & nam si præsumitur.

Quinimò

Procedit 6. Constitutio ista, si quis, mercede acceptà, Actionem alienam suscipiat, & intendat quasi suam sub pactione tertix, vel quartæ, aut dimidiæ partis, vel ut ex eventu incerto litis sibi certa quantitas, aut pars litis certa detur, & solvatur.

contra l. si qui. §. C. de postuland. l. item. 1. §. C. de Procurator. l. si contra. 20. C. mandat.

Nam neque hæc Cessio valebit, obstante prædicta Lege Anastasiana, quippe quæ omnes ejusmodi Cessiones fraudulentas, & suspectas prohibet.

Cujac. l. 8. obs. 31. post med. & mercede accepta, & lib. 16. obs. 16. post princ. Paul. de Castr. in dict. l. per diversas. n. 2. Berlich. n. 10. Carpz. Resp. 23. cit. n. 6. & 7.

Noluerunt enim Imperatores quidquam relinquere indecisum, ac non prohibitum, quo avari homines avaritiæ suæ prospicere, ac malitiam fovere possent,

Carpz. l. cit. n. 8.

QUÆRITUR II.

Quinam Casus excipiantur à Generalitate Legis Anastasiana?

Non omnes Cessiones Nominum, & Actionum hac Anastasiana Lege sunt improbata; sed prohibitio, per illam facta, ut dictum est Num. 9. restringi debet ad Casum, quo Cessio ejusmodi fuerit suscepta ex cau-
sa ve

la vexandi debitorem, prout redditur manifestum ex verbis Anastasi Imp. l. per diversas. cit. ibi: Hicque modo diversis personas litigatorum vexationibus afficere &c. vel ubi per avaritiam ex Redemptione alienatum Actionum, & Nominum lucrum injustum quaeritur l. cit. princ. ibi: Alienis rebus, forsitanque inhabitantes &c. Hinc, si justa causa, non animo vexandi debitorem Cessio fiat, quin illa subsistat, nullatenus est dubitandum.

Gloss. in l. per diversas. cit. V. Venditionis. §. secus, cum justa causa. Gabr. comm. concl. lib. 2. tit. de Action. concl. §. n. 15. & seqq. Menoch. l. 3. pras. 129. n. 16. & seqq. Carpz. l. 5. resp. 33. n. 10. & resp. 34. n. 1. 2. & 3.

19.

In specie subsistit 1. Cessio, quae fit inter Cohæredes pro Actionibus Hæreditariis. Patet ex l. per diversas. cit. ibi: Exceptis scilicet Cessionibus, quas inter Cohæredes pro Actionibus Hæreditariis fieri contingit, & ibi Bartol. Bald. n. 6. Salicet. col. 2. Alciat. Resp. 124. n. 10. Gabr. concl. §. cit. n. 6. Perez. in Cod. tit. Mandat. n. 17. Gothofred. in nor. ad l. per diversas. cit. Lit. C. Berlich. p. 1. decis. 33. n. 1. Carpz. Resp. 34. cit. num. 11. Struv. Exerc. 23. thes. 82. Müller. ibid. Lit. d.

Ratio est, quia in hac Cessione deficit animus vexandi Debitorem, cum praesumatur, eos aliter Nomina commode dividere non potuisse: adeoque non sunt litium redemptores, sed potius amputatores tum respectu eorum, qui Cessionem celebrant, quippe cum Mater discordiæ sit communio;

L. cum Pater. 77. §. dulcissimis. 20. ff. de Legat. 2. tum respectu Debitoris, qui aliàs ab omnibus esset conveniendus, jam verò cum uno tantum contendit Judicio. Accedit, quod Hæredes ex additione ejusdem Hæreditatis sibi invicem sint obligati, & sic quasi in solutum datum censentur: Imò cum Res Hæreditariae sint communes, non est dicenda Cessio litis alienae transferendae gratia facta; propria enim Causa videntur esse, quae nobis, & aliis sunt communes.

Arg. l. si procuratorio. 2. §. si is, qui. 2. ff. quand. appelland. ibique Brunnem. n. 12. Manz. ad Leg. Anastas. n. 14. Müller. ad Struv. Lit. d. cit.

Proceditque hoc non tantum in divisione, sed etiam in Cessione, facta pecuniâ interveniente, wann die Erben einem auß ihnen die Schulden für paar Geld anschlagen, vel etiam, cum reliqui unius portionem Hæreditariam redimunt pecuniâ numeratâ, wann sie ihne für seinem Theil paar Geld geben; nam l. per diversas. cit. generaliter loquitur, nec ratio diversitatis dari potest.

Schöpffer. de Cessat. Leg. Anast. c. 2. n. 13. Müller. l. cit.

Similiter

R. P. Schmalzgrueber Consil. Tom. I.

2. Subsistunt Cessiones, quae sunt inter Legatarios, & Fideicommissarios pro debitis, Actionibus, & rebus, quae ipsis relictæ sunt; huic enim Casum expresse excipit l. per diversas. cit. ibi: Nec non his, quas inter Legatarios, seu Fideicommissarios, quibus debita, vel Actiones, seu res alia relicta sunt, pro his fieri necesse est.

Cujac. l. 16. observ. c. 16. §. si Hæres. Menoch. pras. 129. cit. num. 13. & seqq. Berlich. decis. 33. num. 2. Carpzov. Resp. 34. cit. n. 14.

Utrouque tamen casu, scilicet, sive Cessiones hujusmodi fiant inter Cohæredes, sive inter Legatarios, & Fideicommissarios, necesse est, ut illa fiat tempore divisionis Hæreditatis: aliàs non magis, ac inter alios, Actionum, & litium Cessio subsistet; quia, semel facta divisione, pro Cohæredibus non amplius habentur, Hæreditate scilicet inter eos divisâ.

Carpzov. n. 14. cit. Ratio autem, cur Cessio ejusmodi non minus inter Collegatarios, quam inter Cohæredes, qui ex Hæreditate, vel Legato unum commune Nomen adepti, uni Hæredum, vel Legatariorum cesserunt, valeat, est, quia, sicut Cohæredes ex additione ejusdem Hæreditatis, ita Collegatarii ex agnitione ejusdem Legati, quod inter ipsos dividendum est, sibi invicem erant obligati: consequenter Cessio ex necessitate divisionis potius, quam spontaneâ voluntate facta fuisse praesumitur.

Brunnem. ad l. per diversas. cit. n. 4. Eadem ratio est Sociorum, & eorum, qui quid commune possident.

Menoch. pras. 129. cit. n. 14. Joan. à Sande de Action. Cess. c. 11. num. 19. Brunnem. l. cit.

Ne tamen fraus fiat in hujusmodi Cessionibus, factis inter Cohæredes, Collegatarios, & Socios circa rem communem, facta Cessione Jurium, & Actionum, tenebuntur ad expressionem Causæ, & quantitatis.

Carpz. l. cit. n. 15. quae proinde non sola Contrahentium confessione, quippe quae in hoc passu suspecta est juxta Num. 12. judicialiter probari debet.

Carpzov. n. 17. cum Ant. Fab. in Cod. l. 4. cit. 26. def. 20. n. 2. & 3.

3. Subsistunt Cessiones, quascunque vel Creditor, vel is, qui res aliquas possidet, pro debito, seu rerum apud se constitutarum munimine, ac tuitione accipit; nam ita ad verbum l. per diversas. cit. Imperator. Atque hinc valet in totum 1. Cessio, quam Creditor à suo Debitore pro credito in affectionem accepit.

Cujac. l. 16. obs. 16. in med. §. si Creditori nomen. Gabr. concl. §. cit. num. 7. Menoch. pras. 129. cit. n. 11. Berlich. decis. 33. cit. num. 3. Carpz. Resp. 34. cit. num. 6.

P p p p

2. Va:

2. Valet Cessio, quam pro sui munimine, & defensione recipit is, qui rem alienam, ex aliqua causa sibi obligatam possidet. E. g. Titius titulo empti possidet fundum Tullulanum; timens autem molestari à Sempronio, qui potentius Jus habet, quam ille, ab isto Juris istius cessionem accipit contra tertium ad defensionem suæ possessionis: valet hæc Cessio, etiam pro minori pretio facta.

Bald. in l. cuiuscunque. 2. n. 6. §. item dico, & seqq. C. no. lic. potent. Item in l. per diversas. cit. n. 7. §. vel pone Exemplum. Alciat. Resp. 124. n. 5. Gabr. concl. 5. cit. n. 8. Berlich. n. 4. Idem dicendum 3. De casu, quo quis emit bona fide rem tertio Hypothecæ nexu obligatam, & cum hoc transigit, ut cedat sibi Jus competens pro minori summa; nam eo casu potest uti integro Jure sibi cesso adversus alium, cui illa res itidem Hypothecæ nexu obligata est; quia cessio ad solam possessionis defensionem fuit peracta.

Schöpffer, de Cessat. Leg. Anastas. c. 3. num. 3. Müller, ad Struv. Exerc. 123. thes. 82. Lit. 2.

Et universim 4. Cum textus l. per diversas. hic allegatus generaliter loquatur, ad Possessionis defensionem licita est Nominis dubii Cessio, pro minori pretio facta.

Paul. de Castr. in l. cit. num. 4. §. vel quando fit. Christin. vol. 3. decis. 49. n. 13. Frantzk. l. 1. resol. 8. num. 39. Joan. à Sande de Action. cess. c. 11. n. 21. Berlich. l. cit. n. 23. Lenz, de Cession. c. 25. num. 16. Stryck, de Cautel. Contract. sect. 4. c. 2. n. 14. Müller, lit. 8. cit.

Nam hic cessat animus vexandi, & Possessor Actiones sibi cedi curat non vexandi, sed se defendendi animo, quod Jure suo facit, cum quilibet in sua possessione sit defendendus, donec super ejus injuria pronuntietur.

Mev. p. 6. decis. 163. Müller. l. cit. & nisi Adversarius de suo meliori Jure doceat, hic manere in possessione debeat.

L. fin. C. de rei vindic. ex generali Principio, quod licita sit Exceptio de non Jure agentis, etiam si non constet de Jure Rei.

Vivius decis. 291. n. 2. Mevius p. 8. decis. 248. n. 2. Müller. l. cit.

Quod maximè procedit 5. quando aliquis, qui aliena Nomina redimere cogitat, ex certo aliquo debito, pro quo sibi Hypothecata res alterius est, immisionem in possessionem impetravit; nam post impetratam immisionem licitum ei erit à reliquis Hypothecatis actiones eorum emere pro minori pretio, & integræ tamen summe solutionem urgere à debitore, vel tanquam integrè solutam in calculo expensarum referre.

Christin. num. 13. cit. Joan. à Sande cit. c. 11. num. 24. Lenz, c. 25. cit.

Struck. §. 14. cit. Müller. Lit. 8. cit. qui proinde cum laudato Stryckio Nomina aliena redempturum monet, ut pro Cautela hujusmodi immisionem impetrare allaboret.

22. Subsistit in totum Cessio, quæ citra ullam simulationem, & fraudem facta est Donationis, & merè liberalitatis causa.

Bald. ad l. per diversas. cit. num. 1. §. si autem cessio. Tufch. lit. C. concl.

209. num. 39. Gabr. comm. concl. lib. 2. tit. de Action. concl. 5. num. 40.

Berlich. decis. 33. cit. num. 5. Joan. à Sande c. 11. cit. num. 29. Brunnem.

ad Leg. per diversas. cit. n. 4. Lenz, c. 25. cit. num. 18. Manz, ad Leg.

Anastasi. num. 23. Carpzov. Resp. 34. cit. num. 7. Stryck. c. 2. cit. §. 10.

Müller. Lit. 8. cit. Et patet ex dict. l. per diversas. ibi: Si autem per Donationem cessio facta est, sciunt omnes, hujusmodi Legi locum non esse, sed antiqua Jura esse servanda; Item ex l. ab Anastasio. seq. ibi: Sed si volueris debitum totum pure donare, & per donationem Actionem transferre, non occultè, & per artes clandestinas pecunias suscipere, publicè autem donationem celebrare, sed undique puram, & non dissimulatam facere donationem, hujusmodi cessionibus non adversamur; ne scilicet contra mentem donantis commodum, quod habere debebat Donatarius, accipiat Debitor, ille verò nullà fruatur utilitate. Accedit, quod Cessio in hoc casu ex mera liberalitate proficiscatur, ideoque omnem excludat vexandi animum. Si tamen Summa cessa excedat 500. Solidos, seu 1000. Taleros, ad sui substantiam requirit Insinuationem Judicialem.

Carpzov. p. 2. const. 12. defm. 12. nulla enim differentia constituitur, an pecunia numerata, an verò Jus, ad pecuniam numerandam competens, in hoc passu alicui donetur.

Arg. l. sancimus. 34. §. alius verò. 1. §. si autem amplioris. C. de Donatio.

Lenz, de cession. nom. c. 26. num. 3. Stryck, c. 2. cit. num. 10. Müller.

Lit. 8. cit. 5. Subsistit Cessio Nominis ob benemerita: ubi tamen bene distinguit

Schöpffer, de Cessat. Leg. Anastas. c. 4. num. 14.

an Cessio ob benemerita facta sit per puram, & simplicem Donationem, an verò pro parte pretijum intervenerit. In prior casu valet in totum Cessio non minus, ac Donatio merè liberalis, cum hoc tamen discrimine, quod Remuneratoria Donatio hoc Privilegii locò habeat, ut sine precedente insinuatione subsistat, nec revocari possit, etiam quantum ad Summam 500. Solidos excedentem.

L. Aquin.

22

23

L. Aquilius. 27. ff. de Donation. Et ibi Bruinnem. num. 3. Gaill. l. 2. obs. 39. Carpov. p. 2. const. 12. def. 15. Finckelshuf. obs. 103. n. 3. Schöpffer. loc. cit. n. 23. Müller. Lit. 3. cit.

Si Cessionem istam impugnet, & clam aliquid pretii nomine pro cesso nomine datum esse contendat Debitor, hujus asserti probatio ipsi est injungenda.

Bartol. *ad l. per diversas. cit. num. 13. Frantzk. l. 1. resol. 8. n. 20. Lenz. c. 25. princ. n. ult. Müller. l. cit.*

Actor enim fundatam Actionem habet, dum cedens dicit, pretium nullum intervenisse, cujus assertionem propterea in hoc casu standum; quia Cessio gratis concessa non videtur facta in fraudem Debitoris cessi. Contra in posteriore casu, cum juxta *Num. 13.* cessum Nomen pro parte donari, & pro parte vendi regulariter nequeat, beneficia, in cedentem collata, probare Cessionarius debet: ad quod non sufficit assertio, & confessio cedentis, sive viva voce, sive in Instrumento facta.

Matth. de Afflict. *decis. 350. num. 15. Trentacinq. l. 2. tit. de Action. resol. 2. n. 23. Honorat. Leotard. de Usur. & Usurar. Contract. q. 39. n. 23.*

Sed opus est testibus extraneis, qui jurato deponant, hoc, vel illud benemeritum in Cedentem à Cessionario fuisse collatum.

Stryck. *Disp. de Benemerit. c. 2. per totum. Müller. l. cit.*

Ne verò fraus fiat Legi (posset enim Cessionarius in minimo aliquo obsequio inservisse Cedenti) probato benemerito, Judicis arbitrio relinquendum est, ut ex personarum qualitate, aliisque circumstantiis aestimet, an illud tanti effectus sit, ut donatio, propterea facta, dici possit Remuneratoria.

Richter. *p. 4. conf. 42. n. 299. Schöpffer n. 14. cit.*

Si Judex tanta inveniat merita, eaque facta sint eo fine, ut alter actionem suam dubiam mihi cedat, hujusmodi Cessionem approbabit in totum; secus, quoad excessum declarabit nullam. Ratio est, quia, ubi tum pretium, tum merita æqualitatem habent cum Nomine cesso, censetur hoc quasi ex toto venditum; si enim bene merita ea intentione fiant, ut intuitu illorum obtineatur Cessio, illa subeunt locum pretii, & ipsa Cessio non est verè donatio, sed potius Contractus innominatus facio, ut des. Et hoc modo licet pro parte vendere, & pro parte donare Nomen propter benemerita.

Trentacinq. *n. 23. cit. cum aliis.*

Contra verò censetur donatio ex parte facta, quando benemerita juncto pretio pro Cessione dato cum Nomine cesso æqualitatem non habent, ut proinde ipsa Cessio quoad excessum corruiere debeat, & locus sit dispositioni Legis Anastasianæ. Eidem ob eandem Rationem locus est in casu, quo Cessio ex parte fit ob benemerita eo fine

B. P. Schmalzgrueber Consil. Tom. I.

collata, ut Creditor Nomen suum mihi cedat, & ex parte quoad excessum Summæ cessæ hunc mihi donare se dixerit; nam in hoc casu censetur Nomen ex parte venditum, & ex parte donatum, atque adeò Cessio quoad dictum excessum invalida est.

Frantzk. *resol. 8. cit. num. 6. fin. Lenz. c. 25. cit. n. 10. & 11. Schöpffer. c. 4. cit. n. 4. Müller. l. cit.*

6. Substitit Cessio Nominis, quæ Creditori fit in solutionem alterius debiti.

Bartol. *ad l. per diversas. cit. num. 3. Bald. ibid. n. 1. §. si autem cessio. Ant. Fab. Cod. l. 4. tit. 26. def. 20. num. 4. & 5. Berlich. p. 1. decis. 32. num. 6. Puteus decis. Rot. Rom. 22. n. 3. lib. 3. Carpov. l. 5. Resp. 34. n. 8.*

Quo casu, licet non requiratur præcisè æquivalentia debiti cum Nomine cesso; quia Creditor necesse habuit acceptare Nomen;

Brunnem. *ad l. per diversas. cit. n. 4.* debet tamen esse condignum; aliàs, si debitum pro parte verum est, pro alia verò parte non, Cessio, vel Datio in solum pro ea parte, quæ simulatum est debitum, inefficax erit.

Tulch. *tom. 1. V. Cessio. concl. 208. n. 6. Lud. Rom. conf. 450. n. 1. §. ergo pariter. & seq. Berlich. n. 8.*

Insuper debitum, pro quo fit Cessio Nominis, debet probari.

Faber *def. 20. cit. n. 5. Berlich. n. 7.* Probatur autem hoc Casu debitum, si Cedens non tantum consteatur, sed etiam Juramento affirmet, se esse debitorem; tunc enim ejusmodi probatio sufficit, præsertim, si eo tempore, quo de viribus Cessionis disputatur, Cedens defunctus fuerit.

Fab. *l. cit. n. 7. §. diversum tamen est. & seq. Berlich. n. 9.*

7. Cessio valet, si Venditionis causâ fiat, *L. delegatio debiti. 1. C. de Novation. ibi: Nominis autem venditio & ignorante, vel invito eo, adversus quem Actiones mandantur, contrahi solet. Puteus decis. 22. cit. n. ult. Berlich. n. 12.* dummodo ipsum Nomen emptum sit justo, & æquivalente pretio,

Bald. *conf. 461. n. 7. sub fin. Vol. 1. & ad l. per diversas. cit. col. 2. n. 9. Bartol. ibid. col. 1. Paul. de Castr. ad l. cit. n. 12. §. quia textus istius Legis. Salicet. ibid. col. 5. num. 10. Berlich. num. 12. & 13.*

& aliter probari non possit, quòd inter Cedentem, & Cessionarium celebrata fuerit tantum simulata quædam Venditio, & in fraudem Legis nomen Venditionis insertum.

L. per diversas. cit. §. licet Instrumento. Berlich. n. 15.

Quodnam verò in hoc casu sit justum pretium, non conveniunt omnino DD.

Gloss. *in l. per diversas. cit. V. aliis causis. §. sed quantum pretium dicitur. Fulgol. conf. 242. princ. §. primo ex pretii parvi*

24

25

parvitate, & seq. Berlich. num. 14.
Mev. *discuss. levam. inop. debit. c. 7. n. 2.*
cum aliis.

existimant, id justum pretium hic esse, quod deductis expensis, quæ ad consequendam rem fieri debent, aut factæ sunt; læsionem ultra dimidium non excedit. Sed quia in *L. per diversas. cit. & l. seq.*

læsionis nulla fit mentio, & aliàs læsio ultra dimidium solum attenditur in iis casibus, ubi contrahens cum alio in illo Contractu, quem celebravit, se læsum esse probare potest;

Tusch. *lit. C. concl. 209. num. 26. & 46.*
Sichard. *ad l. per diversas. cit. Menoch.*

l. 3. pras. 129. num. 4. & de arbitr. l. 2. c. 148. hinc Struv. *Exerc. 23. thes. 81.*
& ibi Müller. *Lit. B.*

improbant memoratam sententiam, & intelligendam duntaxat dicunt in casu, quando ipse Creditor, à quo Actio redempta est, conqueritur, se ultra dimidium veri, & justii pretii læsum esse; tunc enim, si læsio talis revera subsit, ita læsum

ex l. rem majoris. 2. C. de rescind. vendit. agere posse negari non potest: Melius igitur determinatio justii pretii, quippe quod aliàs in puncto Mathematico non consistit, relinquitur arbitrio Judicis, qui, consideratis circumstantiis, ex communi æstimatione, pro quo pretio homines communiter Nomen ejusmodi venderent, & emerent, quantitatem illius definiat.

Trentacinq. *l. 2. tit. de Action. resol. 2. n. 12.* Menoch. *de arbitr. c. 248. n. 2.*
Hunn. *Encyclop. Jur. p. 2. tit. 5. c. 7.*
Müller. *lit. B. cit.*

26. 8. Cessat Exceptio Legis Anastasiane in Cessionibus, quæ sunt accessorie ratione Contractus præcedentis.

Bartol. *in l. per diversas. cit. n. ult. sub fin.* Bald. *ibid. n. 11. §. tertio quaro. & in l. cujuscunque. 2. C. ne lic. potent. n. 6. §. adde, quod ubicunque. & seqq.*
Menoch. *pras. 129. cit. n. 43.*

¶ g. Emi prædium aliquod cum omnibus Juribus, & pertinentiis, ubi mihi cedenda sunt omnes Actiones, respectu hujus prædii competentes. Ad prædium istud asseritur pertinere Jus venandi, vel certi Censûs, aut Canonis annui &c. percipiendi. Ad hoc Jus prosequendum ago contra Titium, qui illud sibi vindicat. Non potest hoc Casu Titius excipere, hoc Jus esse dubium, & pro minori pretio comparatum, cum fundus, sine his pertinentiis consideratus, tantæ sit æstimationis, quantum revera pretium est exsolutum.

Müller. *ad Struv. thes. 82. cit. Lit. y. §. 2. cessat. cum aliis.*

Similiter Fidejussor, qui necessum habebat Creditori satisfacere pro debitore, potest ab hoc integram Summam repetere, licet Creditor principalis per Transactionem aliquid de Jure suo remiserit, modò cessâ sibi Actione utatur, quâ omne Jus prosequi potest,

quod habebat Creditor principalis, utpote in ejus locum successit: neque Lex Anastasiana adversari eidem potest, licet integrum pretium solutum non sit; quia facta est Cessio hæc ex quadam Juris necessitate, & vi Contractus præcedentis.

L. Papinianus. 28. ff. mandat. l. credito. ri. 2. C. de Fidejuss. Paul. de Castr. *ad l. per diversas. cit. Müller. l. cit.*

Eadem ex ratione in Casu, quo Creditori prædium est additum, ut prioribus Creditoribus satisfaciatur, si illi ab his non nihil sit remissum, non habet contra illum Lex Anastasiana locum, modò debita & ipsius, & reliquorum Creditorum, quibus satisfecit, æquivalent pretio cæssi prædii.

Brunnem. *ad l. per diversas. cit. n. 4.* Attendendus ergo est Contractus principaliter gestus, non autem Cessio, quæ per consequentiam celebrata est.

Gabr. *comm. concl. tit. de Action. concl. §. num. 29.* Trentacinq. *tit. de Action. resol. 2. n. 22.* Menoch. *pras. 129. cit. n. 43.* Berlich. *p. 1. decis. 33. num. 24.* Joan. à Sande *de Action. cession. c. 11. num. 15.* Manz. *ad Leg. Anastas. q. 6. num. 28.* Lenz. *de Cession. Nom. c. 25. memb. 3. num. 5. & seqq.* Schöpffer. *de Cessat. Leg. Anastas. c. 5. n. 10.* Müller. *l. cit.*

9. In totum Cessio valet, si fiat præsentem, & consentiente, vel tacente eo, contra quem Actiones ceduntur, & Nomina, neque propterea Cessionario opponi potest Exceptio Legis Anastasiane; quòd illa facta sit pro inæquali pretio, aut realis numeratio non probetur.

Bald. *in l. cum essent. 33. §. plurium. 1. sub fin. princ. §. quod est mirabiliter notandum. & n. 1. ff. de servit. præd. rustic.* Hippol. de Marsil. *singul. 45. num. 2.* Menoch. *pras. 129. num. 42.* Gabr. *concl. 5. cit. num. 30. & seqq.* Ludov. Rom. *conf. 87. n. 2. in med.* Berlich. *decis. 33. cit. num. 25.* Brunnem. *ad l. per diversas. cit. n. 4. & tract. de Cession. c. 1. num. 30.*

Quod multò magis verum est, si ipse cedens consentiente cæssio Cessionarium ad Cessionem recipiendam induxit

L. per diversas. cit. post princ. §. inbian. tem. & ibi: Salicet. num. 1. Berlich. *num. 26.*

Ratio est, quia in his Casibus omnis suspicio fraudis, & simulationis cessat. Hinc

Müller. *ad Struv. Exerc. 23. thes. 82. Lit. d.*

pro Cautela Cessionarii suadet, ut curet debitorem vocari, & interroget, an sibi solvere velit, quod ipse cedenti debet; nam si consenserit, de læsione conqueri non valet. *Arg. l. quod quis. 203. ff. de R. J. & l. injuria. 1. §. usque adeo. 5. ff. de Injur.* consequenter Exceptionem Legis Anastasiane non potest opponere, quippe qui jam non ex

ex nuda Cessione, sed ex novo Stipulationis Contractu tenebitur.

Müller. *lit. d. cit.*

Et hanc Legem ad delegationem non pertinere, in specie probat

Mev. p. 4. *decis. 114. n. 5.* Carpz. *decis. 67. n. 14. & 15.*

28.

10. Cessio valet, si Debitor agentem contra se Cessionarium admittit, & ante litem contestatam de vitiosa Cessione non exceptit.

Ant. Fab. in *Cod. l. 4. tit. 26. def. 10. n. 1. & seqq.* Guid. Pap. *decis. 567. n. 4.* Berlich. *l. cit. 10.*

Ratio est, quia litem contestando, omittis Exceptionibus, quas opponere prius potuisset, & debuisset, Reus conventus quasi contrahit de stando Judició cum Actore, & Juri Exceptionis opponendæ renuntiat. Quod verum est, si Cessio fiat prætextu alicujus debiti, de qua proprie tractatur

in *l. per diversas cit. & l. seq.*

Secus est, si quis Debitoris vexandi, & laessendi causâ Actionem transferat in potentiorum; cum enim in penam ejusmodi Cessionis, & translationis in potentiorum Adversarium Creditor Litem, & Actionem totam amittat,

L. Divinæ. 1. & seq. C. ne lic. potestior.

& exinde Exceptio peremptoria, totam Actionem perimens, nascatur, merito ea etiam post litem contestatam opponi potest.

Bald. in *l. fin. C. de lit. tit. n. 3. & quare ergo, si ista.* Berlich. *n. 11.*

29.

11. Cessio valet, si Actio propter distantiam loci sit Cedenti inutilis, utilis autem Cessionario. E. g. Parisiis habeo Debitorem ego existens in Germania: propter loci distantiam sine gravissimis incommodis, & valde multis sumptibus convenire illum non possum: propterea Actionem meam, & Jus, quod habeo contra Debitorem meum, cedo Cajo, Parisiis habitanti, qui longe facilius modo agere, & excutere potest hunc Debitorem. Talis Cessio valet ad integrum debitum, licet longè minoris comparatum à cedente; quia non videtur facta vexandi, & redimendi Litem causâ, cum alia causa rationabilis subsit.

Bald. ad *l. per diversas cit. n. 28. & duodecimo quaritur.* Paul. de Castr. *ibid. n. 4. & item in similibus causis. & seq.* Berlich. *decis. 33. cit. n. 18.* Frantzk. *l. 1. resol. 8. n. 44.* Manz. ad *Leg. Anastas. q. 6. n. 35.* Stryck. de *Causel. Contract. sect. 4. c. 2. §. 13.* Brunnem. ad *l. per diversas cit. n. 4.* Schöpffer. *c. 5. cit. n. 21.* Müller. ad *Serv. thes. 82. cit. lit. 7.*

Idem dicendum, si cedo tibi, quod mihi decem revera valet, sed ob distantiam loci quinque tantum valebit.

Bald. *n. 28. cit. & sed quid contra.* Salicet. ad *l. per diversas cit. col. 4. & similiter*

tu habes. Matth. de Afflict. in *c. 1. tit. ex quib. caus. feud. amitt. n. 22. & item habet arbitrium.* Menoch. de *arbitr. c. 248. n. 1. & seqq.* Berlich. *n. 19.*

12. Cessio valet, si cum Nomine, & Actione empta in Emptorem etiam transferatur periculum, & incertitudo obtinendi Nomen, vel Jus emptum.

Salicet. in *l. per diversas cit. n. 8.* Sichard. *ibid. n. ult. sub fin.* Berlich. *l. cit. n. 22.*

Estque perinde, sive periculum hoc, & incertitudo se teneat ex parte ipsius Debitoris, ut quia de fuga suspectus is est:

Berlich. *n. 27.* Brunnem. ad *l. per diversas cit. n. 4.*

sive ex parte ipsius Nominis, vel Juris empti, ut quia debitum est immaturum, h. e. in futurum, & certos terminos, intra quos multa, quæ Jus emptum perimant, accidere possunt, solvendum. Neque propterea locus est Exceptioni Legis Anastasianæ, aut pretium injustum dici poterit, quod debitum tale, proximis annis solvendum, excedat Summam paratæ Pecuniæ, pro eo data, ipsasque Usuras, quas ex ea Pecunia licite potuisset Emptor accipere.

Manz. ad *Leg. Anastas. q. 2. n. 18. & seqq.* Lauterb. *Synopt. tract. ad tit. de Hæred. vel Action. vendit. thes. 30.* Müller. *lit. d. cit.*

Ratio est, quia in communi æstimatione hominum pecunia parata plus valet, quam in futurum, & successive solvenda, rerumque pretium tanti est, quanti communiter æstimatur, non verò, quanti valet in seipsa, præsertim, quando subest periculum, & incertitudo eam obtinendi, quippe quæ multum de pretio rerum detrahit. Et hinc contra Legem Anastasianam non peccat, qui cedi sibi curat pro minori pretio Hæreditatem, quæ forte tanti non est, quanti putatur.

Tot. tit. de Hæred. vel Action. vendit. Gabr. *l. 2. comm. concl. tit. de Action. concl. §. n. 26. & seqq.* Berlich. *n. 16.*

Et licet contrarium velint, Bartol. in *l. per diversas cit. n. 23.* Ruin. *conf. 37. n. 16. & seq. vol. 1.* Menoch. *præs. 129. n. 6.*

id tamen intelligendum videtur in casu, ubi nulla subest incertitudo, vel periculum morale, quale subest, si in Hæreditate vendita inveniuntur multa Nomina incerta, & certam æstimationem propterea non recipientia, contra hujus Emptionem, etiam minori pretio factam, non urgendam esse Legem Anastasianam, ipsa æquitas suadet.

Trentacinq. *tit. de Action. resol. 2. n. 16.* Joan. à Sand. *c. 1. l. n. 17.* Berlich. *l. cit. n. 16.* Brunnem. *n. 4. cit.*

Idem dicendum, si non Actio, sed Jus Sententiæ ceditur, quippe, quæ in re dubia plerumque incerta est.

Odofred. in *l. in Judicio. ff. familia her. c. 3.*

30.

cisc. Tiraquell. de retract. Convent. S. 26. Gloss. 3. n. 22. Berlich. n. 21.

31.

13. Cessat Exceptio Legis Anastasiana, si Cedens sit pauper, & ob inopiam suam, propter quam Litis expensas suppeditare non potest, Actionem suam alteri cedit.

Socin. Sen. conf. 170. n. 3. fin. lib. 3. Berlich. decis. 33. n. 29. Carpz. l. 5. resp. 34. n. 4.

Ratio est, quia dicta Lex Anastasiana locum non habet, nec attenditur in Cessionibus necessariis.

Struv. Exerc. 23. thes. 82.

Nam procedit ex presumptione fraudis, quæ in iis, quæ ex necessitate fiunt, subesse non creditur.

Flamin. de resign. Benef. tom. 1. l. 2. q. 8. n. 41.

Tales autem Cessiones presumuntur factæ ex necessitate; sapè enim homines, quod destituti pecuniis, commode aliis suis Creditoribus satisfacere nequeant, Nomen sibi ab aliis debitum, coguntur cedere, ut ab horum molestia sese liberent.

Mevius levam. inop. debit. c. 7. n. 16.

Ubi notat, Commercia cum Chartis hodie ampliora esse, quam cum Nummis. Proinde in his Cessionibus cessat suspicio fraudis, atque cum hac Exceptio ex prædicta Lege.

Gratian. tom. 2. discept. for. c. 286. n. 14.

Costa de remed. subsid. remed. 36. n. 2. Alphons. de Olea tract. de cession. Jur. & Action. tit. 6. q. 10. n. 66. Stryck. de caut. tel. contract. sect. 4. §. 14. Müller. thes. 82. lit. B.

Estque hoc verum, etiamsi pretium pro Cessione datum non adæquet Summam Nominis cessi: quam Doctrinam quidem *Brunnem. ad l. per diversas. cit. n. 4.* non aliter admittit, quam habitâ ratione Lucri cessantis, & damni emergentis, vel ob expensas & labores probabiliter faciendos. Sed quia ordinariè periculum, & difficultas obtinendi Nomen cessum intervenit, pro regulari Doctrina haberi potest, quod pro minori pretio majoris Nominis adversus tertium Cessio fieri, & admitti licite possit, eum nemo adeò stolidus sit, qui malit charitam, quam pecuniam paratam accipere.

Schöpffer. de cessat. Leg. Anastasio. §. n. 4. Müller. ad thes. 82. cit. lit. y.

Similiter

32.

14. Cessat dicta Exceptio, si Actio exposita est venalis, tantiquè vendita, quanti tunc reperiebatur. E. g. Debet mihi Titius 1000. adverte hunc facultatibus labi: hinc Actionem ex dictis 1000. mihi competentem venalem expono plus offerenti offerit Cajus 500. pro his ergo Actionem hanc meam cedo eidem Cajo adversus eundem Titium Debitorem meum. Valet in totum hæc Cessio; quia Actio non est formalis pretio æstimanda, sed quantum communiter valet,

Fulgos. conf. 242. sub fin. princ. y. certo hoc est verum, & seq.

Maximè verò hoc procedit, quando nomen emendum proponitur in Subhastatione publica; nam si in hac nemo invenitur, qui majori pretio illud emere velit, ille, qui Nomen 1000. fl. emit pro 500. ab Exceptione hac tutus est. Ratio est, quia, quæ publice fiunt, omnem simulationem, & sinistram suspensionem, quasi ad vexandum debitorem facta esset Emptio Venditio, omnino excludunt; quia potius ex necessitate facta censetur, ut Creditoribus satisfieri possit.

Bald. ad l. per diversas. cit. n. 8. y. & primo revoco. Brunnem. ibid. n. 4. & tract. de cessat. action. c. 11. n. 24. Trentacinq. tit. de Action. res. 2. n. 15. Berlich. decis. 33. cit. n. 27. Lenz. de cession. act. c. 25. membr. 3. n. 2. Lauterb. Synopt. tract. ad tit. de Hæred. & Action. vendit. thes. 30. Schöpffer. c. 5. cit. n. 9. Müller. lit. y. cit.

Nec minus

15. Cessat Exceptio ista ex Lege Anastasiana in casu, quo quis ob nimiam potentiam, tergiversationes, aut rixositatem Debitoris de causâ suâ, quantumvis bonæ, felici exitu desperabundus, vel ob molestias litis Actionem in Judicio instituere nolit, Jus suum cedit alteri, cui haud desunt media, & facultas tadium, & exercitationem Litis sustinendi; *Hæc enim, ut litem. 1. §. itemque. ff. de alienat. judic. mut. caus. loquitur Ulpianus, verecunda cogitatio ejus, qui lites exercatur, non est vituperanda, sed ejus duntaxat, qui cum rem habere vult, litem ad alium transfert, ut molestum adversarium pro se subjiciat.*

Specul. l. 2. p. 1. tit. de cession. Act. §. sciendum. l. 1. n. 10. y. quid enim, si cedens. Gabr. comm. concl. l. 2. tit. de Action. concl. §. n. 16. Decian. conf. 119. n. 16. Socin. Sen. l. 2. conf. 170. n. 3. fin. Trentacinq. resol. 2. cit. n. 13. Paul. de castre. ad l. per diversas. cit. n. 4. y. & idem sentit cum segg.

ubi subjicit, se conlulisse, quod Cessio illa, quæ quædam mulier Jura sua contra quosdam super Hæreditate, & Bonis Paternis, ac Maternis, quæ valebant ultra 6000. cessit pro 2000. valeat propterea, quia non animo vexandi Adversarium, sed ideo quod ei Actio erat inanis propter potentiam Adversariorum, cessisse dicebatur.

Consentiunt

Molin. de f. & f. D. 361. n. 12. Berlich. decis. 33. n. 29. & 30. Carpzov. l. 5. resp. 34. n. 4. Stryck. de causel. contract. sect. 4. c. 2. §. 13. fin. Müller. ad Struv. thes. 82. cit. lit. y.

Denique universim

16. Cessat Exceptio Legis Anastasiana, si Cessio fiat ex iustâ causâ, non animo vexandi.

vexandi eum, contra quem facta est; nam, ut dixi Num. 6. & 18. Actus cedendi Actiones suas, & Nomina per dictam Legem non declaratur simpliciter illicitus, sed in eo casu tantum, quando suscipitur ex animo vexandi Debitorem, Unde, si nulla sit animi talis suspicio, Exceptio illa locum non habet.

Gloss. in l. per diversas. cit. V. Venditionis, in fin. §. secus, cum iusta causa. Alciat. resp. 124. n. 2. Gabr. conch. §. cit. n. 15. & seqq. Menoch. pras. 129. cit. n. 16. & seqq. Berlich. l. cit. n. 28.

Plures alii casus, in quibus Cessiones valent, reperiuntur apud Authores citatos.

QUÆRITUR III.

Cui debeatur Residuum, quo Nomen, vel Actio cessa Presium pro eo datum excidit?

35. Questio hæc procedit tantum, quando Cessio est fraudulenta, & ad vexandum Debitorem intenta, ipsaque venditio Nominis est simulata, ut patet ex l. per diversas. cit. ibi: Alienis rebus, fortunisque inhiantes, Cessiones aliis competentium Actionum in semet exponi properare, hocque modo diversis personas litigatorum vexationibus afficere: & l. ab Anastasio. seq. §. si quis autem. 1. ibi: Si quis autem occulte aliud quidem agere conatur - - hujusmodi machinationes penitus amputamus, ut nihil amplius accipiat, quam ipse vero Contractu re ipsa persolvit, sed omne, quod superfluum est, & per figuratam Donationem translaturum, inutile esse ex utraque parte censemus, & neque ei, qui cessit Actiones, neque ei, qui eas suscipere curavit, aliquid lucri, vel fieri, vel remanere, vel aliquam contra Debitorem, vel res ad eum pertinentes esse utrique eorum Actionem.

36. Conveniunt facile Doctores omnes, quod in tribus saltem Casibus, in §. si quis autem. cit. relatis Residuum neque ad Cessionarium, neque ad Cedentem spectet, sed lucro Debitoris cedat, scilicet 1. Si quis alii Actionem pro parte vendit, & pro parte donare simulat. 2. Si quis uni partem vendit, & alteri cuidam tertia personæ interpositæ reliquam partem donat. 3. Si alicui per simulatam Donationem totum donat, sed tacite, & clam aliquid recipit; nam de his Casibus expressè Justinianus §. cit. disponit, ut omne Residuum inutile ex utraque parte sit, & neque Emptor, neque Venditor Nominis Actionem ad illud repetendum contra Debitorem habeat.

Berlich. p. 1. decis. 35. n. 3. Carpov. l. 5. resp. 33. n. 19.

Cui verò extra istos tres Casus, si Cessio debiti pro minori quantitate facta fuerit,

Residuum debiti cedat, Controversia est inter Doctores, qui in tres Sententiâ abeunt.

Prima Sententia vult, Quantitatem excedentem deberi Venditori, qui cessit.

Ita Gloss. in l. ab Anastasio. cit. V. persolvit. §. verum his tribus. Bartol. in l. per diversas. cit. n. 4. Bald. ibid. n. 20. Speculat. l. 2. p. 1. tit. de Cession. action. §. 1. n. 7. Trentacinq. l. 2. tit. de Action. resol. 2. n. 12. Menoch. l. 3. pras. 129. n. 27. Berlich. p. 1. decis. 35. n. 4. & seqq. Frantzk. l. 1. resol. 9. n. 10. & seqq. Carpz. p. 2. Const. 30. defm. 37.

Qui propterea putant, ipsum Creditorem, qui Actionem sibi competentem cessit, id, quod non potest exigere Cessionarius, posse à Debitore repetere.

Fundamenta hujus Sententiæ sunt, 1. Quia per l. ab Anastasio. cit. textus l. per diversas. cit. per quam disponitur, ut si quis datis pecuniis hujusmodi lubierit Cessionem, usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem, & utrarum ejus Actiones exercere permittatur, excessus autem generaliter lucro Debitoris cedat, corrigitur, & pro tribus duntaxat Casibus Num. 36. enumeratis statuitur, quod idem Excessus neque ad Cedentem, neque ad Cessionarium spectet. Correctiones autem Jurium, quantum fieri potest, evitare debemus. 2. Pœnæ potius restringendæ, quam ampliandæ sunt,

L. interpretatione. 42. ff. de pen. l. Arria nus. 47. ff. de O. & A.

nisi Lex aliqua ampliationem hujusmodi suadeat. Amissio autem excessus pretii est pœna, & nulla Lex reperitur, quæ cedentem ultra tres Casus

in l. ab Anastasio. cit. expressos hujusmodi amissione puniat. Igitur extra hos Casus dispositio hujus Legis extendenda non est.

Carpov. def. 37. cit. n. 3. Nec enim intelligitur amissum, quod ablatum non est.

Frantzk. n. 10. cit. 3. Cessio in Residuo non valet juxta l. per diversas. cit.

ibi: Usque ad tantummodo solutarum quantitatem &c. & sic habenda est pro non facta,

juxta l. non dubium. §. C. de LL. consequenter Jus cessum quoad illud Residuum non transfertur in Cessionarium. Quoties autem in Cessionarium non transfertur Jus cessum, toties penes cedentem manet, cui proinde salva erit ad illud Actio.

L. lite pendente. 2. C. de Litigios. Giurba, decis. 63. n. 4. Cyriac. l. 2. controversens. 254. n. 23. Castill. de Usufr. c. 68. n. 24. Gallerat. de renunt. tom. 1. l. 1. c. 10. n. 20. Specul. dict. n. 7. §. item quia in residuo.

Paul.

37. Prima Opinio

38.

14

35.

36.

39.

Paul. de Castr. in l. per diversas. cit. n. 2. post med. §. istis calumniis. Displicet hac Sententia Schöpffero de Cessat. Leg. Anastas. l. n. 16. Carpz. l. 5. res. 33. & aliis. qui proinde Ad 1. Argumentum pro ea propositum respondent, Sanctionem Justinianeam citatam minime restringi debere ad certos casus, quippe quod nec generalitas verborum, nec identitas Rationis permittit: & esto, concederetur restrictio, inde tamen Cedenti parum consultum esset, cum nulla alia Constitutio deferat illi superfluum. Quin potius eidem adversatur Sactio Imp. Arcadii, Honorii, & Theodosii, quæ Cedentem amissione debiti puniri vult.

L. si cujuscunque. 2. C. ne lic. potent. & l. an. madvertimus. un. C. de his, qui potent. nom. titul. prad. assig.

ubi statuitur, ut quisquis Lite pulsatus - - - contradictorii libellis, aut Titulis alterius Nomen crediderit ingerendum, ejus possessionis, aut causa, quam sub hac fraude, aut retinere, aut evitare tenuerit, amissione multetur. Proinde, sic annullata quantumvis Cessione, Residuum tamen ad Cedentem non revertitur, sed amissum, & deperditum est vi modo allegatarum Legum, atque adeo habentur Juris Textus, vi quorum cedentes Nomina sua multentur amissione Residui. Ex quo patet Responsio ad 2. Ad 3. Regula illa, juxta quam, quoties Jus cessum non transfertur ad Cessionarium, illud penes Cedentem manet, intelligenda est, nisi Jura, & Leges utrumque amissione Juris cessi puniant. Ex dictis autem Legibus constat, etiam Cedentem puniri amissione Residui: Imò id ipsum satis innuit

l. ab Anastasio. cit.

quippe quæ non correctiva, sed interpretativa est

l. per diversas. cit.

& clarioribus verbis exprimit illa, quæ jam ex mente Anastasii erant prohibita, à Rabulis autem quibusdam eversa. Consequenter explicatio utriusque Legis ad Casus alios præter tres prædictos non est extensiva, sed comprehensiva, sicque cessat Regula, quod dispositiones Juris pœnales restringi, non ampliari debeant.

Secunda Sententia indistinctè lucrum Residui istius adscribit Debitori.

Ita Cyn. ad l. per diversas, & l. ab Anastasio. cit. Ludov. Rom. cons. 450. n. 1. Cujac. l. 10. obs. 3. & l. 16. obs. 16. Gabr. l. 2. comm. concl. rit. de Action. concl. §. n. 1. & contrarium verò. Donell. l. 15. n. 43. Parlador. l. 2. rer. quorid. c. 2. p. 3. §. 4. n. 12. Joan. à Sande de Cession. Act. c. 11. Manz. ad Leg. Anastas. §. 8. Rich- ter. decis. 36. n. 24. Finckelthuf. obs. 17. n. 4. & seqq. Zee. ad ff. rit. de Hared. vel act. vend. n. ult. Brunnem. ad l. per diversas. cit. n. 4. Honorat. Leotard. tract. de

Usur. & contract. Usurar. coërcend. §. 39. n. 32. §. sed contrarium. Alphons. de O. lea. tract. de cession. Jur. & Action. n. 4. & seqq. Mevius de Levam. inop. debitor. c. 7. n. 2. §. 22. Struv. Exerc. 22. thes. 80. Müller. ibid. lit. §. 1. ubi dicitur omnia qui dicit, Doctrinam hanc Juri Justiniano esse magis conformem, & in praxi magis receptam.

Fundatur 1. Textu l. ab Anastasio. cit. §. sed & si. 2. ubi dicitur: Si quis Donationem quidem omnium debiti facere adsimulaverit, ut videatur esse tota Donatio, aliquid autem occultè susceperit, hoc in casu tantummodo executionem sortiri ejus, quod datum esse comprobatur, & si hoc à Debitori persolvatur, nullam contra eum, vel substantiam ejus ex dissimulata Donatione oriri molestiam. Non autem esset ab omni molestia liber Debitor quantum ad Residuum, si istius Solutionem petere aut Cedens, aut Cessionarius posset. Proinde necesse est, ut Debitoris lucro Residuum istud accedat. 2. Nemini fraus sua patrocinari debet.

L. itaque fulo. 1. 2. §. sed furri actio. 1. ff. de furt.

Neque malitiis indulgendum est.

L. in fundo. 38 ff. de R. V.

In hujusmodi autem Cessionibus tam cedens, quam Cessionarius præsumuntur commisisse fraudem: Cedens quidem, quia Cessionem fecisse præsumitur vexandi Debitoris gratia:

Arg. l. aquissimum. 1. §. fecisse. 1. in fin. ff. de eo, per quem factum & c.

Cessionarius autem, quia in eo, quod solutam quantitatem excedit, habetur pro Redemptore Litium alienarum.

L. per diversas. cit. §. nec enim dubium, & post medium. §. nulla etenim tali Ratione.

In Redemptione autem Litium hoc Juris est, quòd uterque, tam is, qui vendit, quam qui redimit, Actionem amittat.

L. divine. 1. & l. §. C. ne lic. potent.

Proinde uterque amissione Residui puniendus est: quo posito, consecutaneum est, ut istud Debitori cedat: & hoc ideo, quia 3. Hac Constitutio Anastasiana non solum in pœnam Cedentis, & Cessionarii, sed etiam in favorem Debitoris cessi est introducta, ut scilicet eam tantum quantitatem præstare debeat, quæ ipse Creditor ejus fuit contentus l. ab Anastasio. cit. §. fin. ibi: Et justum quidem fuerat hoc remedium Debitori- bus ab Anastasianis temporibus impertiri & c. 4. Confirmatur, quia, soluto pretio, inter Cedentem, & Cessionarium convento, extincta est omnis actio contra Debitorem quantum ad excessum Summæ, ut adeo nemini Jus conveniendi eundem competat: non secus, ac in Præscriptionibus, ubi Dominus rei, vel Obligationis ob negligentiam amissione sui Domini, vel Actionis puni- tur, si scius tamen reapropter non capit, sed bona fide possidens illas res, vel Jura lu- cratur,

40.

Secunda Opinio.

cratur, omnisque Obligationis nexus dissolvitur.

§. Accedit Textus

Auth. minoris. C. qui dar. Tutor. vel Curat. poss.

ubi in Casu, quo Minoris creditor Actionem contra hunc ejus Curatori cesserit, nec is, qui cesserit, agere debet, cum in Legem commiserit, - sed minor lucrabitur. Item Textus

L. si cuiuscunque. 2. C. ne lic. potest.

ubi contra hanc Legem peccantes Actionem perdunt.

Brunnem. ad l. cit. n. 1.

nec tamen poena Fisco cedit.

Hilliger ad Donell. l. 18. c. 11. lit. M.

Frantzk. l. 1. resol. 10. n. 60.

Quod nec Jure novo, sive per Recess. Imp. mutatum est,

teste Mevio discuss. Levam. inop. debitor. c. 7. n. 24. fin.

cur ergo mutatum hoc esset in Lege Anastasiana?

42.

Hanc Sententiam late refellit Carpzov. l. 5. Resp. 33. n. 31. & seqq. Ad 1. Hujus Argumentum respondet, ex eo, quod l. ab Anastasio. cit. §. sed & si quis. 2. Justinianus dicat, quoad Residuum nullam dari Actionem contra Debitorem vel Cedenti, vel Cessionario evinci non posse, quod illud Debitori cedat, cum mala sit Consequentia: Non potest Cedens, vel Cessionarius experiri adversus Debitorem ad Residuum. Ergo hoc ad ipsum Debitorem spectabit; nam plus non debet esse in Conclusionem, quam positum fuit in praemissis: quod tamen sit in praesenti Argumento; nam, esto, in l. cit. fraus pariter Cedentis, & Cessionarii poena amissionis Residui coarceatur, & Actio utriusque ad hoc denegetur, non tamen per hoc denegetur Actio tertio, seu Fisco. Ex quo patet etiam Responso ad 2. Ad 3. Si Debitori per l. cit. quidpiam indulgetur, sufficit ipsi eatenus subveniri, quod a Cessionario, Actore forsan potentiore, quoad Residuum Judicio pullari, & molestari nequeat, quin imò Cedentem pariter, ac Cessionarium ipsemet convenire possit, non ut Residuum sibi adjudicetur, sed ad Interesse, & restitutionem damni, per Cessionem in potentiorum fortasse dati, prout advertit

Carolus Molinæus in Cod. ad tit. 14. lib.

2. §. & potest Adversarius. Carpz. l. cit. n. 32. cum aliis.

Ad 4. Diversa est ratio in Praescriptione, quippe quæ, cum principaliter introducta sit ex ratione, ne dominia diu nimis maneat incerta, utque amputentur lites ex horum incertitudine facile exsurgentes, dominium Possessorum post continuatam legitimo tempore, & bona fide possessionem stabiliunt. Atqui in hoc nostro Casu nullus reperitur Textus in Jure, ex quo probari possit, Residuum Debitori accrescere. Sine certa

R. P. Schmalzgrueber Consil. Tom. 1.

autem Juris Authoritate nihil temerè asseverandum est.

c. qui in Ecclesia. 18. fin. de Sent. Excomm. in 6.

Ad 5. Quod in favorem Minoris

in Auth. cit. verbis, sed Minor lucrabitur.

dispositum est, id certè non appositè ad alios quosvis Debitores accommodatur, nec contra Legislatoris mentem ad alios casus extendi debet.

Carpz. n. 33.

qui proinde putat, neutri, i. e. nec primæ, nec secundæ Sententiæ ex hætenus relatis tuto assentiendum. Hujus ergo

Tertia est Sententia, juxta quam Residuum hoc adjudicatur Fisco.

Ita cit. Carpz. l. 5. resp. 33. cit. n. 35. & in

Aysl. Debitor. c. 1. n. 129, ubi corrigit

Opinionem, quam p. 2. Const. 30. defn. 37. prius tenuit.

Ad stipulatur

Frantzk. l. 1. resol. 8. n. 10.

Fundantur 1. Quia nulla Lex hanc Quantitatem excedentem assignat Debitori. Sine Lege autem nihil est statuendum. 2. Omnis multa Fisco cedit: hujus verò Residui amissio est Multa,

ut patet ex l. si cuiuscunque. 2. C. ne lic. potest.

tentior. ibi: Debiti Creditores jacturam

multentur: & l. un. C. de his, qui potentior. nom. ibi: Ejus possessionis, aut causa,

quam sub hac fraude aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione multetur:

adeoque Jus suum Fisco salvum manere debet, & Residuum hoc ipsi cedere.

3. Idem observatur in Casu simili pravitatis Usurariæ,

ubi Recessus Imperii multam ablatæ portionis deferunt Magistratui, seu Fisco, non autem parti,

ut patet ex Recess. Imp. August. de A.

1500. sub Maximiliano I. tit. von wucherlichen Contracten/ §. Diweil aber

solche / und dergleichen Contract. &

Ordin. Polit. Francosurt. de Ao. 1577.

sub Imp. Rudolpho II. tit. von wucherlichen Contracten. §. Diweil aber.

§. Sezen / ordnen / und wollen ic.

Imò Cessiones hujusmodi fraudulentiæ procul dubio sapiunt Usurariam pravitatem:

proinde merito amissione Residui non Partii, sed Fisco applicandi coarceci debent.

Improbat etiam hanc Sententiam Schöpferus, & quidem

Ad 1. Respondet opponendo mentem, & verba Legis Anastasianæ, & Justinianæ, in quibus ne minima quidem de Fisco sit mentio.

Ad 2. Dicit, vocem Multa sumi posse vel strictè pro pecunia, à Magistratu ob delictum perpetratum exigenda, vel latè pro quacunque poena, quod frequenter fieri consuevit in verbo Multare, v. g. multare exilio, morte, infamiâ &c. ubi idem est, quod punire. Hoc secundo modo Cedens amittit Residuum, non priori: & sic putat, intelligendas esse Leges à Carpzovio allegatas.

Ad

44.

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad

99

Ad 3. ait, licet pœna amittendæ pecuniæ esset statuta, ut totum debitum, vel ejus pars Fisco sit applicanda, hoc tamen totum intelligendum fore de vera quantitate pretii dati, ita, ut Residuum nihilominus lucro Debitoris cederet.

45.
Resolvitur
Quæstio.

Videtur Controversia, quam relatarum hætenus Sententiarum Patroni inter se movent, componi posse ope distinctionis, quam adhibet

Lauterbach, ad tit. de Hæredit. vel Action. vendit. thes. 37.

Vel enim Venditor, seu Cedens, ab Emptore, sive Cessionario inductus, bona fide & sine omni simulatione, & fraude Nomen, seu Actionem vendidit, & cessit; vel contra inter utrumque collusio quædam in fraudem Legis intervenit, & ipse etiam Cedens, seu Venditor doli particeps fuit. Priori casu, cum Venditio, & Cessio quoad Residuum in odium Cessionarii sit irrita, & pro infecta habeatur

L. ab Anastasio. cit.

Venditor autem, seu Cedens, nihil pœnâ dignum admiserit, nullaque sit Constitutio, quæ innocentem Venditorem, seu Cedentem Residuo privandum esse statuat, suâ sponte consequitur, ipsum quoad Residuum Actionem suam salvam habere, & retinere; nec enim, quod in odium, & pœnam Emptoris, seu Cessionarii constitutum est, ad Venditorem, seu Cedentem, qui innocens est, debet extendi.

Arg. Reg. Odi. 1 §. in 6. quia, ut l. is, qui.

9. ff. qua in fraud. Creditor. ait Paulus Jctus, dolus ei duntaxat nocere debet, qui eum admisit. Frantzk. l. i. resol. 9. n. 12. & seqq. Giphon. ad l. per diversas. cit. prop. fin. Berlich. p. 1. decis. 35. n. 3. & seqq.

In Casu posteriori & Cedens, & Cessionarius Residui Jure privatur

per l. ab Anastasio. cit. §. si quis. 1. ibi: neque ei, qui cessit Actiones, neque ei, qui eas suscipere curavit, aliquid lucri vel fieri, vel remanere, vel aliquam contra Debitorem, vel res ad eum pertinentes esse utrique eorum Actionem.

46.

Quod verò hoc Casu posteriori Residuum Fisco cedat, non satis probatur. Hinc potius Residuum hoc adjudicandum Debitori, ex ratione; quia aliàs, quando Creditor propter delictum, contra Debitorem admisum, Actione sua privatur, regulariter, & si aliter non invenitur constitutum, illud ad Debitoris lucrum pertinet.

Arg. l. sed & partus. 12. ff. quod met. caus. l. divine. & l. seq. C. ne lic. potentior. junctâ

l. fin. ff. de litigios. ibi: Ut id veluti solarium habeat pro eo, quod potentiori Adversario traditus est. Adde l. si quis in tantam. 7. C. unde vi. junctâ Novell. 72.

c. 5. & servit huc etiam l. non puto. 10. ff. de Jur. Fisc. ubi, Non puto, inquit Modestinus, delinquere eum, qui dubiis quæstionibus contra Fiscum facit respon-

det. Et confirmatur ex l. seq. ff. eod. ubi Javolenus, Non possunt, ait, ulla bona ad Fiscum pertinere, nisi qua Creditoribus superfutura sunt; id enim bonorum cujusque esse intelligitur, quod ari alieno superest.

Neque obest, quod Superfluum, seu Residuum respectu Emptoris Usurarium quodammodo dicatur; nam nec in vero Contractu Usurario illud, quod legitimum Usurarum modum excedit (quale hoc in Casu est Residuum) sed portio illius, quod Usurario revera debetur, Magistratibus adjudicatur in Constit. Imper. Polit. de Anno 1548. & 1577. von wucherlichen Contracten §. diewellen aber solche ic.

47.

QUÆRITUR IV.

Quomodo probari debeat contra Debitorem cessum, expensum pro Nomine, vel Actione vendita verum premium?

Videtur sufficere Confessio Cedentis, & Cessionarii, saltem Instrumento Cessionis inserta, quo attestentur, quale premium pro Nomine, vel Actione cessâ solutum sit. Et 1. Quidem, quia Instrumentum pro se habet præsumptionem Veritatis.

l. desiderium. 7. C. de positi. l. cum precibus. 18. C. de probat. & ibi Doctores.

quæ proinde pro veritate rei habenda est, donec probetur contrarium.

Barbos. ad l. cum precibus. cit.

quod confirmatur ex §. item verborum obligatio. 12. Inst. de iuril. stipular.

ubi dicitur: Tales scripturas -- omnino esse credendas, nisi is, qui talibus improbis allegationibus utitur, manifestissimis probationibus convincatur de falso. 2. Quia nullibi cautum est, quod aliter, quam Instrumento Cessionis probanda sit numeratio. 3. Quia nihil interest Debitoris, qui obstrictus est solvere, sive solvat Cedenti, sive Cessionario. 4. Quia Confessio habenda est pro veritate, nisi probetur contrarium; nam;

ut Antoninus Imp. l. un. C. de Confess. loquitur, Confessos in Jure pro judicatis haberi placeat,

quippe cum Confessio magis adhuc probet, quam Instrumenta, & testes.

Roland. à Vall. vol. 7. conf. 71. n. 41. Mevius p. 2. decis. 241. n. 4.

5. Quod maximè verum est, si in Instrumento justii pretii quantitas fuerit inserta, cum sic non adfit, ex quo fraudis præsumptio capi possit.

Frantzk. l. i. resol. 8. n. 62.

Hanc Sententiam defendunt

Alex. vol. 2. conf. 25. Paul. de Castr. conf.

48.

concl. 394. vol. 2. Tiraquell. de Re-
tract. lignag. l. 1. gloss. 18. n. 86. & seqq.
Trentacing. l. 2. tit. de Action. resol. 2.
num. 4. Lenz. tract. de Cession. c. 25.
memb. 4. n. 27. & seqq.

49.

Verum hæc Argumenta intentum non probant. Ad 1. Distinguendum est inter Instrumentum Publicum, & Privatum. Privatum, licet habeat vim, & potestatem probandi, postquam fuit recognitum, & ita publico æquiparetur Instrumento.

Pruckman vol. 1. conf. 7. n. 17. Brun-
neman ad l. 5. C. de Probat.

Tamen vis ista se tantum extendit ad casum, quando agitur de præjudicio ejus, qui scripsit, & recognovit; contra tertium verò scriptura privata, licet recognita, nihil probat,

c. scripta. 2. de fid. Instrum.

ne scilicet scripto plus credatur, quam vivæ voci. Proinde, si Cedens dicat, sibi esse satisfactum, non sufficit hujus assertio; quia habet vim testis, cui unico, maxime injurato, & in propria causa non creditur;

Mollenbec. cent. 2. divis. Jurid. 2. add.
num. 8.

multò minus ergo credetur Scripturæ hujus privatæ. Aliud est de Instrumento publico; nam huic plus fidei tribuendum esse non dubitatur, modò Notarius, & testes viderint pecuniam revera esse solutam: quorum proinde testimonio interim standum erit, donec probetur contrarium.

L. in Donationibus. 31. C. de Donation.

Carpzov. p. 2. Conf. 34. defn. 7. num. 3.

& 4. Müller. ad Struv. Exerc. 23. thes.
80. Lit. 7.

Ad 2. Quamvis nuspian cautum sit, probationem aliter fieri debere, quam Instrumento, requiritur tamen, ut legitime probetur numeratio justii pretii, qualis non est confessio injurata Cedentis. Ad 3. Revera interest Debitoris, an Cessionarius Cedenti solverit integrum pretium, an solum partem ejusdem, cum ultra solutam quantitatem restituere nihil teneatur. Ad 4. Admittendum hoc est respectu Cedentis, & Cessionarii; minimè verò respectu tertii, de cujus præjudicio agitur: proinde illorum assertum, & confessio huic præjudicare non potest.

L. Seia. 28. ff. ad S. C. Vellejan.

Ad 5. Etiam in Instrumento, inter partes erecto, si aliquid contineat, quod præjudiciosum sit tertio, fraus fieri potest, & sæpè solet: hinc sine aliis probationibus non sufficit ad faciendam plenam soluti justii pretii fidem, licet in hoc asseratur, illud esse solutum.

50.

Resolvitur
Quæstio.

Quare tenenda est Sententia negativa, quam approbant

Menoch. l. 3. præf. 130. n. 20. Berlich.

p. 1. decis. 32. n. 12. Ant. Fab. in Cod.

l. 4. tit. 26. def. 20. n. 2. Joan. à Sande

de Action. Cession. c. 11. n. 12. Carpz.

l. 5. Resp. 33. n. 9. Brunnem. de Cession.

R. P. Schmalzgrueber Consil. Tom. 1.

Action. c. 1. n. 12. & seqq. Honorat.
Leotard. tract. de Usur. q. 39. n. 25. &
seqq. Cyriac. Controv. forens. 617. n. 2.
& contr. 671. n. 8. Vivius decis. 158.
Müller. ad Struv. Exerc. 23. thes. 80.
Lit. v. & patet ex l. per diversas. cit.
ibi: Licet Instrumento Venditionis no-
men insertum sit.

Ratio est, quia 1. Cessio Nominum, & Actionum præsumitur suspecta, quippe quæ sæpius fieri solet animo vexandi Debitorem. In nullo autem actu suspecto Confessio contrahentium ad probationem sufficiens est, præsertim 2. Si talis Confessio cedat in præjudicium tertii; nam res inter alios acta aliis præjudicare non potest.

tot. tit. Cod. res int. al. act. al. non præjud.

3. Si Confessio talis condentis Instrumentum de soluto justo pretio valere deberet, aliter valere non posset, quam testimonium alicujus testis, cui tamen injurato non creditur.

L. Jurisjurandi. 9. C. de testib. & ibi

Brunnem. n. 1. Ruland. de Commissar.

p. 2. l. 2. c. 12. Farin. de testib. q. 74.

n. 53. Carpz. p. 1. Const. 16. defn. 31.

Licitum tamen est Debitori, præstito prius Juramento Calumniæ, Juramentum deferre Cessionario, an non aliquid de pretio receperit.

51.

Brunnem. ad l. per diversas. cit. num. 3.

& cent. 3. decis. 83. n. 4. & 5. Stryck.

de Cautel. Contract. sect. 4. c. 2. num. 12.

GosWin. ab Esbach. ad Carpz. p. 2.

Const. 30. defn. 36. n. 5. Müller. ad

Struv. Lit. n. cit.

Ratio est, quia facile damnum incurrere posset Debitor, etiamsi testes jurato deposuissent, se vidisse tantum pro Cessione fuisse exsolutum, cum posset pars debiti esse restituta, & debitorem duntaxat decipiendi causâ numerata pecunia: quod utique cederet in præjudicium Debitoris; hoc modo enim, si deberet credere asserentibus Cedenti, & Cessionario absque juramento, cogeret Cessionario solvere totam Summam Instrumento insertam, cum tamen juxta l. per diversas. cit. ipse Cessionarius non possit quidquam exigere ab ipso Debitori, nisi postquam, & in quanta Summa cedenti Actionem suam fuit numerata pecunia, ut patet ex verbis l. cit. ibi: Usque ad ipsam tantummodo solutarum pecuniarum quantitatem.

Ant. Fab. in Cod. l. 4. tit. 22. Lenz.

de Nomin. & Action. Cession. c. 25.

Brunnem. ad l. per diversas. cit. num. 1.

Müller. Lit. n. cit.

Hinc aliter de reali, & naturali Numeratione pretii etiam justii constare debet, quam ex sola Cedentis, & Cessionarii Confessione, vel erecto inter ipsos Instrumento privato.

52.

Bartol. in l. per diversas. cit. num. 11.

Bald. in l. si cujuscunque. 2. C. ne lic. po-

rentior. n. 5. Cravett. conf. 145. n. 7.

¶. adhac sicut. & seqq. Menoch. l. 3.

¶ 99 2

¶ præf.

praf. 129. num. 20. & seqq. Ant. Faber in Cod. l. 4. tit. 26. def. 20. n. 1. Gabr. l. 2. comm. concl. tit. de Action. concl. 5. n. 23. & seqq. Berlich. p. 1. decis. 32. num. 12. Brunnem. ad l. per divers. cit. num. 1.

Idem dicendum, quando dilata solutione, fides de pretio solvendo habita fuit: quamvis enim data ejusmodi fides ad valorem Cessionis sufficiat;

Bald. ad l. per diversas. cit. n. 29. & seqq. Salicet. ibid. q. 4. Menoch. praf. 129. cit. n. 23. sub fin. & n. seq. Gabr. concl. 5. cit. n. 28. Berlich. n. 13.

ne tamen per hoc fraus fiat Legi, necesse est legitime probari, an, & de quo pretio Cedenti fidem Cessionarius dederit.

QUÆRITUR V.

An Cessiones Actionum, & Nominum Juramento firmari possint?

53. Afirmant

Ant. de Butrio in c. cum contingat. de Jurejur. n. 5. §. octavus Casus. Alex. cons. 36. n. 3. & n. seq. lib. 2. Imol. in l. nemo potest. §. ff. de Legat. 1. col. 3. & in c. ad nostram. n. ult. sub fin. de Empt. & Vendit. Guid. Pap. decis. 273. n. 1. §. idem si esset facta ab extraneo, & seq. per textum l. fin. C. ad Leg. Jul. repetund.

Sed melius negant

Gabr. comm. concl. libr. 2. tit. de Action. concl. 5. n. 3. §. primò amplia. Gozadin. cons. 33. n. 23. Menoch. l. 3. praf. 129. num. 8.

quia lites redimere, & ejusmodi Actionem per simulatas, & callidas Cessiones acquirere est contra bonos mores.

Cujac. l. 16. obs. c. 16. post princ.

Juramentum autem, contra bonos mores præstitum, non est obligatorium.

Reg. non est. §. 8. in 6.

nec potest contractum simulatum, & suspectum confirmare.

Felin. in c. si diligenti. 12. de for. comper. n. 28. §. quid autem, si juretur. Paul. de Castr. concl. 143. n. 1. §. & bene facit ad prædicta. & seq. lib. 2. Menoch. l. 3. præsumpt. 122. num. 63. & seqq. Cothman. cons. 18. n. 89. & seqq.

His ita declaratis ad propositam Facti Speciem sequens ponitur

Decisio Controversiæ.

54. DICENDUM, in Casu præsentis posse Sempronium, & reliquos Emptores Nominum, non obstante Lege Anastasiana, & Justiniana, ex Arario Principis prætere totam Summam, Venditoribus aliis debitam. Nam 1. Ut dictum est Num. 6.

Actus cedendi Actiones suas, & Nomina per dictam Legem non declaratur simpliciter illicitus, & invalidus, sed ex certis causis, & cum certis requisitis pronuntiatur improbus, & injustus, si scilicet, prout patet ex Num. 7. & 4. seqq. Cessio Nominis dubii, & illiquidi fiat pro minore, quam justum sit, pretio, idque fraudulenter, cum præjudicio Debitorum, intendendo videlicet horum vexationem, inhiando rebus, fortunisque alienis, ut explicatum est Num. 18. Atqui in præsentis Casu, præterquam quod ex Chirographis, quæ Creditoribus in securitatem Debiti, & Nominis sui à Præfectis Ararii data sunt, pateat, Debitum esse liquidum, nulla præsumi fraus, avaritia, & intentio alium quemcumque vexandi potest; quia

2. Cessio, de qua hic agitur, facta est ex justa causa necessitatis, scilicet ob nimiam dilationem solutionis Censuum ex Capitalibus, mercedum pro labore locato ab Opificibus, pretii pro Mercibus acceptis à Mercatoribus, salariorum debitorum Officialibus pro gesto Munere publico &c. ex quibus Censibus, mercedibus, salariis, pretiis &c. cum Nomina sua cedentes necesse habuerint vivere, & ob ea dilata contrahere coacti fuerint multa, & magna debita, ut his se liberarent, compulsi sunt ea offerre plus offerenti. Certum autem est, quod Lex Anastasiana locum non habeat in casu, quo Cessio facta est ex justa causa; nam, ut dictum est Num. 34. justa causa suspicionem animi Debitorem, contra quem Cessio facta est, vexandi purgat. Justa autem causa ex Num. 24. reputatur, si Cessio fiat in solutionem alterius debiti, si solutio crediti difficulter obtineri possit ex Num. 29. si diu nimis eadem solutio differatur, & ob defectum aliorum mediatorum Creditor pauper, aut facultatis labi incipiens diutius expectare non potest ex Num. 31. & 33. quæ omnia verificantur in Casu præsentis juxta Num. 1. Neque obstat, quod in Casu isto cedentes Nomina sua acceperint à Cessionariis dimidiam duntaxat Summam sui Crediti. Nam

3. Juxta DD. Num. 25. allegatos justum pretium hic dicitur, quod, deductis expensis, quæ ad consequendam rem fieri debent, aut factæ sunt, lætionem ultra dimidium non excedit: quam opinionem licet alii Num. 25. allegati non probent, tamen certum est, quod in æstimanda justitia pretii Cessionis non debeat præcisè considerari quantitas Nominis cessi, sed aliæ insuper circumstantiæ; ex quibus pretia rerum aliæ vel augetur, vel diminui solent. Talis circumstantia juxta Num. 30. est, si subsit periculum, & incertitudo obtinendi Nomen, vel Jus emptum, & hoc in Emptorem transferatur; item si solutio Nominis cessi in annos expectari debeat; nam in communi æstimatione hominum pecunia parata (qualem Cessionarii in hoc Casu debuerunt dare) plus valet, quam in futurum, & successivè solvenda, rerum-que

que pretium tanti est, quanti communiter æstimatur, non verò, quanti valet in seipsa. Insuper Regularis doctrina est, quòd pro minori pretio majoris Nominis adversus tertium Cessio fieri, & admitti licite possit, cum nemo adeò stolidus sit, qui malit charitam, quam pecuniam paratam accipere, ut dictum est Num. 31. Hinc

57. 4. His positis, in Casu præsentis Emptores Nominum totam Summam, quæ aliàs Cedenti, seu Vendenti fuisset debita, ex Principis Arario possunt prætere, non obstante Constitutione Anastasiana, & Justiniana, per quam aliàs Cessionarius plus à Debitore exigere nequit, quam quanta est Summa pecuniæ, quam reverà pro Actione, vel homine cesso Cedenti extolvit, quippe quæ Constitutio in hoc Casu locum non habet, cum nulla fraudis, aut intentionis sinistra suspicio sit. Aliud est, si Cessionarius haberet paratam media solutionem cessi Nominis sine multa dilatione, & absque morali periculo à Principe obtinendi, uti sunt illi, quibus ipse Princeps ex propriis Camerae suæ proventibus certa emolumenta v. g. ex Officina salaria, cerevisiaria &c. quæ ad solutionem tum sui proprii, tum cessi sibi ab aliis Crediti sine magna mora, & difficultate consequendam sufficiant, cessit; tales enim Cessionarii inciderent in penam dictæ Legis Anastasianæ. Neque ab hac eos excusaret paupertas, aut necessitas Venditorum, Nomina sua pro minori pretio ipsis cedentium; nam

58. 5. Justum pretium solum illud censeri debet, quod legitimi Magistratus publica auctoritate est constitutum, vel communi usu receptum. Atque auctoritate publica Magistratus, & communi fori usu non variatur pretium mercium ex unius solum, vel alterius Emptoris, aut Venditoris necessitate, vel utilitate particulari, aut merè privata, sed ex communi duntaxat, & publica; aliàs majori pretio panis, & alia victualia vendi possent famelico, & pauperi, quam diviti; majori item res aliqua ei, qui ex ea pretiosum aliquid elaboraturus est, quam qui ad usus solum communes illam applicaturus est: imò si Mutuarius ex pecunia sibi credita magnum speraret Lucrum, possit Mutuans hoc lucrum ipsi vendere, & petere aliquid ultra sortem; quæ sequela absurda sunt. Hinc, sicut ob solam necessitatem, & indigentiam particularem ementis

juxta S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. Mo-

lin. tom. 1. de J. & J. tract. 10. n. 156. & alios.

non potest ab Emptore auctius peti pretium, ita in Casu, quo Cedens Nomina sua ob paupertatem, & necessitatem suam privatam cogitur hæc alteri vendere, non potest iste compelli, ut hæc cedat pro minori pretio, quam quanti, consideratis particularibus circumstantiis, communiter illa Nomina æstimantur. Proinde sic ementes Nomina incident in penam Legis Anastasianæ, contentique debebunt esse, si Debitor ipsis persolvat id, quod Cedenti reipsa solverunt; residuum verò manebit ipsi Cedenti (quippe qui necessitate coactus vendidit, consequenter penam non meretur) à Debitore solvendum: qui ipsissimus casus est, in quo procedit Sententia prima Num. 37. relata: atque adeò Residuum hoc nec Debitori juxta Sententiam secundam Num. 40. explicatam, neque Fisco juxta Tertiam Sententiam expositam Num. 43. cedit.

Ex quo patet Responsio ad Argumenta Num. 2. & tribus seqq. proposita. Ad 1. Argumentum hoc seipsum solvit, dum pro causa introductæ Legis Anastasianæ dat punitionem avaritiæ hominum inhiantium alienis rebus, & fortunis, quæ in casu, quo minoris venduntur Nomina, quorum solutio periculosa est, non invenitur. Ad 2. Nulla hic est Species Pravitatis Usurariæ; quia adhuc Nomini cesso respondet pretium, quod considerato periculo obtinendæ solutionis, & moræ in ea impetranda timendæ, aliisque circumstantiis, justum est. Ad 3. Optandum foret, ut ait Brunnem. ad l. per diversas, cit. ut existeret hodie aliquis Anastasius, vel Justinianus, qui Leges has suas, contra Malitiosos litium Redemptores (quorum magna hodie ubique copia est) excoGITATAS pristino nitoti restituerent. In Casu, quo Nomina incerta, & difficilis solutionis, & cum his periculum in Emptorem transferuntur, pretium minus adhuc justum est: consequenter nulla adest malitia, propter quam Emptor jacturam residui puniatur. Ad 4. Hoc ipso, quòd dicta Lex Anastasiana tam pietatis, quam benevolentia plena sit, non vult illa adimere Emptori Residuum, quo Summa cessa quoad valorem in se consideratum pretium pro ea datum excedit, quippe quod pretium per circumstantias extrinsecas, præsertim periculi, & moræ in obtinenda solutione, plurimum dimi-

59.

nuitur.



29 99 2

CON: